

Mandragoram, aliqui Antimelum, alii Circaeam vocant, quoniam videatur radix ad amatoria conducere. Duo ejus genera: niger, quæ femina existimatur, tridacias appellatus, angustioribus foliis ac minoribus quàm lactucæ, violis ac graveolentibus, in terra sparsis: mala gerit a forbis similia, pallida odorata, in quibus semen veluti pyrorum: radicibus inhæret benè magnis, binis ternisve, inter se convolutis, nigris foris, intus albis, crasso cortice vestitis: caulem non fert. Alter candidus, qui mas dicitur, nonnullis Morion vocitatur: hujus folia magna, alba, lata, lævia ut betæ: mala quàm alterius duplo majora, colore in crocum inclinante, jucundè cum gravitate quadam olentia, quorum pomorum cibo aliquantùm opiliones soporantur: radix alterius similis, major & candidior, orbata & hæc caule. Succus fit è cortice recentis radice tuso, & prelis subjecto: qui insolatus, ubi concreverit, fictili reconditur. Malis quoque succus depromitur, sed aliquantùm ignavior. Delibratur radix, & trajectus lino cortex, ad usum suspenditur. Aliqui radices in vino ad tertias coquunt, & defœcatum jus servant, cyathosq; uno utuntur in pervigiis & doloribus, & ante sectiones ustionesq; ne sentiatur. Succus duobus obolis ex mulso potus, ut veratrum, per vomitiones bilem atram pituitamq; extrahit: verùm potu largiore vita adimitur. Medicamentis ocularibus, & his quæ dolores finiunt, pellis quoque emollientibus, admiscetur: semioboli pondere inditus, per semenses, & partus expellit: subditus sedi, pro balano, somnificus est. Radix ebur emollire fertur, quæ senis horis cum eo decocta sit: & ad accipiendam quam effingere optaveris formam, ipsum facile præstat. Folia recentia convenienter oculorum inflammationibus, & collectionibus, quæ ulcera citant, cum polenta illinuntur: duritias omnes, suppuraciones, strumas & tubercula discutunt: stigmata sine exulceratione delent, si quinis senisve diebus sensim perficiuntur: folia servantur in muriis eisdem ad usus. Trita radix ignibus sacris ex aceto, & serpentium ictibus ex melle, aut oleo medetur: strumas atq; tubercula cum aqua dissipat: articulorum cruciatus, cum polenta sedat. Fit citra coctionem vinum è cortice radice, ad hunc modum. Ternæ minæ in vini dulcis metretam conjiciuntur. Dantur ex eo terni cyathi, iis qui secari, aut amburi debent, ut antè dictum est: siquidem nullo tunc afficiuntur dolore, sed veterino quodam pressi torpescunt. Mala soporem afferunt olfactu, & etiam si mandantur: item expressus ex eis succus, nimio tamen odore percussus, obmutescunt. Semen malorum potum vulvas purgat: appositumq; cum sulphure ignem non experto, rubra feminarum profluvia sistit. Scarificata, punctisq; multifariam aperta radice erumpens lacryma, cavo vase recipitur. Liguamentum autem succo lacteo præstantius est, sed non ubiq; ut experientia docet, radices lacteum succum delacrymant. Alium tradunt esse mandragoram, nomine Morion, in opacis juxta specus enatum: foliis albi mandragoræ minoribus, albis, dodrantalibus, radicem ambientibus: quæ mollis est, & candida, paulò major palmo, pollicemq; crassitudine æquat. Tradunt eam in pane, ossa, obsoniove drachmæ pondere devoratam, usum rationis intercipere: obdormiscit enim homo, eo ferè quo comederit habitu, sensus impos, ternis quaternisve, ex quo data est, horis. Hac medici utuntur cum scidendi, urendive necessitas adest. Antidotum esse volunt radicem, cum manico solano potum.

I. MANDRAGORA MAS & Fœmina.

Mandragoræ utrumque genus frequens nascitur in compluribus Italia locis, præsertim in Apulia Gargano monte, unde radicem cortices, & poma herbarii quotannis ad nos convehunt. Habentur & in viridariis spectaculi gratia: etenim Neapoli, Roma, & Venetiis utramq; Mandragoram in hortis & vasis fictilibus satam vidimus. Sed profectò vanum ac fabulosum est, quod Mandragoræ radices ferant, quæ humanam effigiem representent, ut ignarum vulgus, & simplices mulierculæ certò credunt & assirunt. Quibus etiam persuasum est, eas effodi haudquaquam posse, nisi cum magno vitæ periculo cane quæ effodiat, radices adalligato & auribus pice obturatis, ne radice clamorem audiant effodientes, quod audita voce periculi entur pereantq; fossores. Quippe radices illæ, quæ humanam formam referunt, quas impostores ac nebulones quidam venales circumferunt, infecundas mulieres decepturi, factitiae sunt ex harundinum, bryonia, aliarumq; plantarum radicibus. Sculpunt enim in his adhuc virescentibus tam virorum, quàm mulierum formas, infixis hordei, & milii granis. Iis in locis, ubi pilos exoriri volunt: deinde facta scrobe tamdiu tenui sabulo obtrunt, quousq; grana illa radices emittant: id quod fiet viginti ad summum dierum spatium. Erunt eas demum, & adnatas & grana radices acutissimo cultello scindunt, aptantq; ita ut capillos, barbani, & cæteros corporis pilos referant. Hujus sane rei certam fidem facere possum, quod cum Roma essem, impostorem quendam circumforaneum lue Gallica correptum nobis curare contigit, qui præter alias innumeras imposturas, quibus circumventis hominibus multam pecuniam extorquebat, docuit & artem, quæ factitias sibi comparabat Mandragoras, quarum complures mihi demonstravit, asserens unam tantum interdum divitibus vendidisse quinque & viginti, nonnunquam etiam triginta aureis. Quamobrem nos, qui omnium utilitati & salutis

Mandragoræ utriusq; confid.

Mandragoræ humana forma, factitiae. Quorundam impostura.



Antropomorphon Pythagoræ.

Baaras admirabilis facultatis planta.

Mandragora Morion vocata. Hermolai tutela. Mala vulgo Melongena.

Hermolaus Barbarus defenditur.

Mala insana, descriptio.



Malorum insana viret.

Mala aurea.

saluti quantum possumus consulimus, hac silentio haudquaquam involvenda duximus, ut palam omnibus fiat, quibus fallacis ac fraudibus maximo cum detrimento, & vite sapè discrimine, homines ab his impostoribus & nebulionibus decipiantur. Qui ut antiquorum quoque auctoritate suas imposturas adstruant, prædicant Pythagoram vocasse Mandragoram Anthropomorphon, quod eam humanam formam reddere voluerit. Verum sciendum est, non sine ratione Mandragora ita à Pythagora dictam fuisse: quippe quod in universum omnes ferè Mandragoræ radices à medio ad inum bifurcata proveniant, adeo ut crura hominum modo habere videantur. Quapropter si eo effodiantur tempore, quo fructum gerunt, qui mali instar super folia ad terram procumbentia brevi pediculo appensus, parum à radice distat, hominis, cui brachia desint, effigiem quæ ad antenas representant. Hanc quidem rem nulli, quod sciam, vel pauci sunt, qui rectè acceperint. Quin potius plerique huius sententiæ ignari adducti sunt, ut Pythagoræ, & Columellæ id maxime vitio verterint, ut qui eos de Mandragora fabulatos esse crediderint. Sed ut ad fabulam illam redeamus, quæ periculum denunciat ignavis radices Mandragoræ effodere volentibus, iis cane qui effodiat, non ad alligato, ea mihi quidem desumpta videtur a Flavio Iosepho: qui etsi de alio radice genere scribat ea tamen potuerunt facile ab impostoribus in Mandragora radices transferri. Quod ut omnes clariùs intelligant, hic Iosephi verba subiiciam, quæ l. 7. c. 25. de bello Judaico ita scripta sunt: Vallis, inquit, quæ civitas à parte Septentrionali cingitur, quidam locus Baaras appellatur, ubi radix eodem nomine gignitur, quæ flamma quidem ad similes est colore, circa vesperam verò veluti jubar fulgurans. Accedentibus eamque, evellere cupientibus facilis non est, sed tamdiu refugit, nec prius manet, quàm si quis urinam muliebrem, vel menstruum sanguinem super eam fuderit. Quin etiam tunc si quis eam tetigerit, mors certa est, nisi forte illam ipsam radicem ferat de manu pendente. Capitur autem alio quoque modo sine periculo, qui talis est. Totam eam circumfodiunt, ita ut minimum ex radice terra sit conditum: deinde ab ea religant canem, illoque sequi eum à quo religatus est cupiente, radix quidem facile evellitur, canis verò continuo moritur, tanquam ejus vice, à quo tollenda erat, traditus: nullus enim postea accipientibus metus est. Tanti autem periculi propter unam vim capi eam operæ pretium est. Nam quæ vocantur damonia, pessimumorum hominum spiritus, vivis immersa eosque, necantia, quibus subventum non fuerit, hæc citò, etiam si tantummodo admoveatur agrotantibus, abigit: hæc tamen Iosephus. Ex cuius utique verbis omnibus perspicuum esse potest, quod hinc impostores occasionem acceperint, quæ postea vanam ac falsam de Mandragoræ radicibus commentum sunt historiam. Caterum tertium Mandragoræ genus, quod Dioscorides Morion appellari tradidit, in opacis juxta speciem proveniens, qui mihi ostendit in Italia hæc tamen repertum neminem. Brasavolus itemque, Fuchsius Hermolaum immerito, meo quidem iudicio, damnant, quod virum hunc in ea sententia fuisse velint, ut putaverit mala illa, quæ insubribus MELONGENA vulgo vocantur, nostris verò Hetruscis Petranciani, esse huius tertie Mandragoræ fructus. Sed quod hæc non fuerit certa ac firma Hermolai sententia, ejus verba abundè testari poterunt, quæ in suis corollariis de Morio ita scripta invenio. De Morio, inquit, Mandragora nihil habeo quod addi possit iis, quæ à Dioscoride norantur. Sed quoniam mala terrestria & canina Mandragoræ fructus appellantur, in mentem subeunt, quæ vulgo Melongena vocantur, hæc est, ut ipse puto, mala insana: de quibus nihil veteribus scriptum fuisse jam desino mirari, quod multa huiusmodi reperio, sicut hercè multa quondam fuisse, quæ modo vel ignorantur, vel cerè non habentur. Mala ergo insana è frutice vulgari sunt, passim nascente, ut melones & cucurbite: pari quoque cultu, foliis prope ficulneis: flore oblongo, specioso, candido. Manditur vulgo pomum ex oleo, sale, pipere, fungorum modo coctum. Hæc ad verbum Hermolaus. Ex quibus equidem omnibus palam fieri arbitror, quod perperam tum Brasavolus, tum Fuchsius hæc in re Barbarum insinulaverint. Caterum nos Mala insana è planta oriri observavimus, cui folia insunt stramonii, aut majoris Solani, haud absimilia, subsæpera tamen, hirsuta & per ambitum sensim sinuata: caule unico, semicubitali, ramoso, tereti, firmo subpurpureo, & perinde ac folia hirsuto. Flores edit albi cantes aut subpurpureos, in stella modum radiantes, è quibus oblongi oriuntur fructus cucumeris magnitudine, colore in candido purpurascete, virentesve. & levissimo contextu cortice, succosa albicanteque, intus pulpa: semine numero, parvo, filiquastris emulo. Radice nititur multifida, haud alrè descendente: feritur in hortis & viridariis, & vasis fictilibus primo statim appetente vere: floret Aestate, & Autumno fert fructum. Planta est frigoris, & algoris impatiens, quo fit ut in Germania & Bohemia, ubi Aestas frigidiuscula fuerit, raro fructum ad maturitatem perducatur. In Italia, ubi Mala insana copiosa proveniunt, frequenter in cibum veniunt. Elixæ enim à cortice mundant, & in particulas dissecant, & deinde farina aspersa, in oleo aut butyro ferventi in patellâ frigunt, & mensis apponunt, sale & pipere condientes: sunt enim gustui non ingrata. Sunt è nostratibus, qui malis insanis vescantur ad venerem excitandam: quod forte ideo præstant, quoniam statim gignunt, concoctusque contumacia existunt. Verum cum frequentius manduntur (ut testis est Avicenna) biliosos generant humores. Quin etiam pariunt viscerum obstructions, carcinomata, elephantiasin, capitis dolores, tristitiam, & jecinoris & venteris infarctus: unde postea diuturna proveniunt febres & habitus malus. Hinc itaque fit, ut Averroem mirari subeat, quod libro 5. collectaneorum mala insana commendaverit suo quodam modo parata. Jam & aliud horum genus importari cepit, pressum, orbicularum malorum modo, melopeponum more sectum, colore primum viridi, deinde ubi maturitatem senserit, in quibusdam plantis aureum, in quibusdam verò rubeum visitur, ideoque vulgo appellantur Po m i d oro, hoc est, mala aurea. Eduntur & hæc quemadmodum illa, sed nauseam & vomitum sæpè movent. Mandragora

*III. SOLANUM POMIFERUM,
fructu rotundo, molli. *

gora vires descripsit Galenus libro 7. simplicium medicamen-
torum, his verbis: Mandragora vincentem habet facultatem
refrigeratorem, adeo, ut tertij sit ordinis refrigerantium. Ve-
runtamen & caliditatis cujusdam particeps est, & in pomis
humiditatis: proinde soporem conciliandi vim ea habent.
Radix cortex, cum sit valentissimus, non tantum refrigerat,
sed & desiccatur: reliquum quod intus est, imbecillum existit.
Hac planta qua Graeci *mandragora*, Latini item *Mandra-*
gora appellatur: Arabibus, *Jabora*, seu *Yabroach*: Italis
Mandragora: Germanis *Alraun*: Hispanis *Mandracola*: Gal-
lis *Mandragore*, & *Mandegloyre*. At *Melogenea*, seu *Mala in-*
sana, Italis *Petranciani* seu *Melanzane*.

Mandra-
gorae vi-
res ex
Gal.

Nomina:

Mandragora duplex est, alia flore minore & qui-
dem mas & foemina: alia majore caeruleo, cujus figu-
ram in historia nostra dabimus. I. Mandragora fru-
ctu rotundo mas & candida, quae verò fructu Pyri,
foemina & nigra herbariis dicitur. II. Solanum pomi-
ferum fructu oblongo, C. B. Melongena, Matth.
Cord. in hist. Cam. Cast. Lugd. Melangena vel Me-
lantzana, Lob. Mala insana Trag. Fuch. Dod. gal. &
fol. Gef. hor. Lac. Lonic. Tabernae. Pomum amoris
aliquibus, Gef. hor. Solanum pomiferum, eadem.
Solanum hortense & Pyra insana, Caesalpino. Vari-
at floris colore, fructus item colore & figura. III. So-
lanum pomiferum fructu rotundo molli, C. B. Po-
ma amoris, Dod. gal. Lob. Lugd. Cam. in Matth. Ta-
ber. Pomum aureum, Gef. hor. Aurea mala, Dod. fol.
Cast. Mala insana, Caesalpino. Solani pomiferi ge-
nus aliud, Gef. hor. Lycopersicum Galeni & Poma
Peruviana, Anguil. aliis Glaucium Dioscoridis: fru-
ctus aureus, ruber, rarius albus.

Ακόνιτον.

ACONITUM.

CAP. LXXII.

Aconitum aliqui pardalianches, alii cammoron, alii thelyphonon, alii myoetnon, alii theriopho-
non vocant. Folia habet cyclamini, aut cucumeris, tria aut quatuor, minora, & subhirsuta: caulem
palmo altum: radix scorpionis caudam aemulatur, & alabastrum modo splendet. Torpescunt, ut fama est,
scorpiones admota radice, stupentque: qui rursus ellebori contactu, excitantur. Oculorum medicamen-
tis levandi doloris gratia adjicitur. Enecat pantheras, feras, lupos, & feras omnes, in carnibus objectum.

† Meum
correg-
xisse. i. sub
aspera.

Ακόνιτον ἄλλο.

ACONITUM ALTERUM.

CAP. LXXIII.

Est & alterum Aconitum, quod aliqui cynoetnon, alii lycoetnon appellant. Hujus genera sunt
tria: unum, quo utuntur venatores: alia duo in usum suum vertere medici: e quibus tertium, quod
Ponticum nominatur, plurimum in Italia, montibus Justinis exilit, a priore distans, quoniam folia fa-
ciat effigie platani, crebriore divisura, longiora, & multo nigriora: caulem filicis pediculo similem, nu-
dum, cubitali altitudine, aut ampliore: semen in filiquis oblongis recondit: radices in modum squil-
lae marinae cirrorum nigrescunt. Quibus ad venationem Luporum utuntur: insertae siquidem crudis
carnibus, & devoratae lupos enecant.

Duo Dioscoridi produntur Aconiti genera, quanquam postremum triplici distinguit differentia. Primum, quod Par-
dos enecat, Pardalianchen: alterum verò, quod canes, luposque conficiat, Cynoetnon, Lycoetnonque, vocari ait. Hoc
(ut diximus) in tria genera distribuit: veruntamen postremum tantum describens, duorum priorum historiam, &
vires silentio praeiit. Quo fit, ut Hermolai, & Marcelli sententiam probandam putem: qui non temere quidem suspi-
cantur, in altero capite plura desiderari, quibus & priorum historia, & quoniam pacto tum medici, tum venatores his an-
tiquitus uterentur, palam fieret. Hujus diminuta lectio illud non parum suspicionem auget, quod in tertio genere, quod
Ponticum appellavit, nihil sit ab ipso Dioscoride praetermissum: ex quo quis forte conicere potest, in ceteris quoque, cum
quicquam non praetermisisse. Tertium hoc genus passim in Italia omnibus ferè montibus nascitur, foliis quae platani
quadantenus aemulantur, magis tamen per ambitum serratis, albis quibusdam maculis respersis: caule filicis, bicubitali:
floribus subluteis, acutis galericulis facie similibus: e quibus filiquae prodeunt, semen continentes: radice multiplici, ac ni-
gra. Habetur & aliud genus hysdem ferè foliis, & caule, floribus tamen melius, ranunculo non dissimilibus, longe tamen
majoribus, adeo ut sylvestres rosas hic aequet amplitudine. Quanquam Gesnerus in suo magno libro de animalibus
inscripto (in quem is mihi quidem videtur, ut multa vera doctè, ita non pauca etiam falsa ac vana ineptè con-
gesisse) negat inveniri Aconitum, cujus flores lutei sint, atque rosas aemulentur: ut qui sibi sortasse persuaserit
omnia

Aconiti
genera,
& confid.

Diosco-
ridis le-
ctio di-
minuta.
Diosco-
ridis lo-
cus su-
spectus,
Gesnerus
deceptus
reprehē-
ditur.

ssff 4

I. ACONITUM PARDAL

Diosc.

Luparia.
VulpariaThely-
phoni
historia.Medici
clari qui
Aconitu.
pardali-
anches
apud
Matthio-
lum vi-
derunt.

II. ACONITUM PARDAL

Plinii.



III. ACONITUM PARD.

Theophr.



mani, Borussi, Ungari, Galli & Hispani, & quotquot ferè sequuntur Casaream aulam, Regum, & principum oratores, ac multi quoque peregrini, rei plantariae, & bonarum artium studiosi, qui hac per Bohemiam iter facientes, me (qua eorum est humanitas) invisere solent. Quibus omnibus dicere soleo, Palpate, & v. dete, quoniam Matthiolus fabulas non describit. Hinc plantam ego thesauri loco jam mihi asservo adversus vituperatorum calumnias, & omnibus, & singulis de-
monstrandam, tam amicis quam inimicis: his quidem, ut inspecta veritate ad mentem redeant: illis, ut de Matthioli in-
tegritate ubique testari possint. Est itaque ACONITUM PARDALIANCHES, cujus hic primo loco imaginem ex-
pressimus planta in nudis, & arduis montium summitatibus cautebusq; proveniens, umbrosi tantum loci: solius cucume-
ri proxima, sed majoribus ad summum quatuor usque subhisutis: caulem edit, quem ego caducum vidi, palmarem, pari-
ter hirsutum quemadmodum & foliorum pediculos. Florem videre non licuit, verum (si me mea non fallit opinio) Doro-
nici amulum illum esse existimo (Chrysanthemi similibus, sed minoribus.) Radicem edit alabastrum modo splendentem, dum
recens est, digitali crassitudine, ex lata origine in acutum desinentem, incurvam, geniculatam, & tota facie scorpii cau-
dam amulantem, ut ex hac imagine, quam ex viva planta pinxit VVolfgangus Meierpeck à Friburga Misnia oriundus,
quispiam

Aconiti
pardali-
anches
delinea-
tio.

30

40

50

quispiam certior fieri poterit. Resert enim hac omnibus suis notis ad amicum Dioscoridis Aconitum pardalianches. Est & alterum Aconiti huiusce generis, radice ferè simili, sed superiori parte utring, brachiata, alba, splendens, geniculata & ima parte Scorpionum caudam referente, minimè tamen incurva: foliis praescripto similibus sed paulò rotundioribus. ^{Plinii} aconitū pardalianches. Thelyphonom Theoph.

IV. ACONITUM PARDALIAN.

10 minus, quod falso Doronicum vocant.

V. ACONITUM II.



40 rentem, sed folia Cyclamini haud dissimilia, radice fibras geniculatas, graminis modo, & ejusdem quoque, more sese propagantes, & alios quoque, scorpiones effigiantes, è quibus postea & folia & germina erumpunt. At caules & flores nihil ferè ab altero differre videntur, sunt enim aurei omnes, chrysanthemi modo. Nascitur in altissimis montibus, praescriptis locis. Ea omnia potest, quae de ceteris scripta sunt. Duo hac Aconiti genera misit ad me ex suo viridario vir insignis Jacobus Antonius Cortusius Patritius Patavinus, acerrimus plantarum indagator, una cum Doronicorum vulgare plantae: illeque, me primum admonuit, Doronicum inter Aconita esse recensendum, quod cerè sciret, falso à se pluries periculo, extingui facile canes, qui horum radices devorant. Vix ego id credere poteram, sed interim datis cuidam meo cani vulgari Doronicorum quaternis drachmis, crudis carnibus occultatis, is post septimam horam obiit. Sed id mirum profecto mihi fuit, quod ipsemet canis toto illo tempore, quo supervixit, alacer, latus, ac hilaris se semper habuit, nihilque symptomatis ^{Doronicum vulgare de genere aconitorum. Historia.} passus est: immò, quod majus dici potest, quadam cum domestica canicula pluries Venerem exercuit, & coenantiis nobis avidissime comedit. Quo factum est, ut ego profecto crederem, me hoc facio periculo frustratum iri. Atqui paulò post prater omnium nostrum sententiam, is repente admodum, ac si morbo comitiali percussus esset, totus in terram cecidit, ubi horrendo spasmo correptus, spumanti ore paulò post convulsus interiit. ^{CORTUSIO} itaque, nobilissimo, hoc amplissimum munus futura posteritas acceptum referat, ipsumque, novum vitæ nostrae custodem appelliet. Huic Nymphae violas, & lilia fundant: hunc suavisimis vestiant rosis, & baccharum cingant. Ac interim desinant Medici, quibus hominum vita cordi est, exitioso & pernecabili Doronico uti. Expellant & illum Pharmacopaei suae Myropoliis, & interdiciant pii, & optimi principes, qui Rempublicam gubernant, ne posthac venenum hoc praesentissimum vaneat. O quam misera fuit eorum conditio, qui superiori aetate nos praecesserunt, quorum ferè nemo simplicia medicamenta rectè novit, quique saepe venenosus auxilii usus sunt, ubi saluberrimis antidotis uti putarant, ut quàm pluribus in locis horum nostrorum commentariorum docuimus. Erit itaque, Doronicum posthac Damonicum, non Doronicum appellandum, quod Diabolus in huius locum thelyphoni genus hoc intruserit. Hinc autem sit, ut ego errorem quoque, meum jam agnoscam, quod noluerim Maranta concedere, Doronicum vulgare usum esse Aconitum pardalianchen, cum viderem id innocue sumi in medicamento ab hominibus: verum non ob id fieri puto, quod canibus sit venenum, homini verò salubre medicamentum, ut quidam mihi respondet, quibus cum de huiusce Doronici exitiali facultate sum locutus, sed quod non tanta quantitas propinetur à Medicis qua homines necare valeat, aut quod raro exhiberi soleat absque aliis antidotis, quae venenosam ejus vim dissipant, & extinguunt. Qui enim aliter sibi persuadent, remita esse intelligent, ubi à nobilissimo Cortusio impetrare poterunt, ut iis quasdam Gesneri literas sibi legendas concedat: siquidem iis apertissime saturatur, cum hac fabulosa putaret, & Doronicos vorasset in se ipso facto periculo, incidisse profecto in magnum vitæ discrimen, nisi sudatorii Laconici & antidoti nonnullis sibi opem tulisset. Nam quae canes occidunt & lupos facile adducor ^{ut cre-}

VI. ACONITUM III.

* VII. ACONITUM UNI-
folium. *

VIII. ACONITUM III.

Aconiti
species
12.Thely-
phoni
historia
Theophr.

habet cyclamini similem radicem ut dictum est, scorpionis effigie. Nascitur graminis modo, & geniculis constat: loca amat umbrosa. Quod si vera sint, quae de scorpione narrantur, jam & reliqua ejusmodi haudquaquam incredibilia, & fabulosa dici debent. Hae Theophrastus de thelyphono qui alterius quoque Aconiti mentionem facit cap. 16. ejusdem voluminis, sic inquit: Aconitum nascitur in Creta, atque Zazintho sed plurimum, optimumque, in Heraclea Ponti. Constat id folio intuba-

ut credam, eadem homines quoque necare, vel (si non necent) plurimum ledere, ut de vomica nuce ego fateri possum: quippe qui sciam hac tantum mulierem jam senescentem esse extinctam, qua caseum, è quo sibi cibum paraverat, super instrumento ferreo ad hoc parato attriverat, super quo ejus filius superioribus diebus nuces vomicas aliquot in particulas confecerat, quibusdam necandis canibus, qui eum nocte obstrabant. At Aconitum Pardalianches minus, quod officinis falso Doronicum, folia, caules & flores gerit, ceterorum generum similes, radicem quae graminis modo serpit, & quae hinc inde numerosa edit tubercula scorpionum effigiem praeferebat, candida, tenera ac dulcia. Nascitur & hoc in altissimis montibus, ubi sylvestres capreae inhabitant. Ceterum sunt nobis sex aliae Aconiti species, de quibus qui meminere, habeo neminem. Harum imagines, quas hic appingi curavimus, misit ad me Hieronymus Donzellinus medicus insignis, qui tamen Dominico Monteforo Veronensi Medico praclarissimo has acceptas referebat, atque etiam Francisco Calceolari qui primus eas in Monte Baldo in Veronensi agro adinvenit. Horum historias hic describere opera pretium non duximus, quod appictae hic imagines, eas ad vivum representent. De floribus tantum dicam, qui in quarto, & nono aurei sunt, in reliquis vero purpurei. Primi generis Aconiti, quod thelyphonum vocant, meminit Theophrastus libro 9. cap. 19. de plantarum historia, ubi ita scribit: Thelyphonum, quod alii scorpionem appellant, quia radicem scorpionis similem habet, admotum, scorpionem occidere tradunt: & eum reviviscere posse, si elleboro candido linatur. Enecat idem & oves, & boves, & jumenta, & ad summum omnes quadrupes eodem die, si genitalibus folium, vel radícula imponatur. Proficit potum contra scorpionum ictum. Folium

IX. ACONITUM V.

X. ACONITUM VI.



XI. ACONITUM VII.



intubaceo, radice tum specie, tum colore nuci proxima: vim illam mortiferam in hac esse, solum, & fructum nihil nocere affirmant. Fructus herba est non humilis materia: herba ex brevis est, & nihil supervacui habens, sed frumento similis: semen non spicuum. Nasceitur ubique, & non in Aconis solum, à quibus habet appellationem, u autem vicus est Perandiorum. Amat autem loca potissimum saxosa. Pascitur eo neque pecus, neque ullum animal. Preparari ad afficiendum modo quodam enarrant, nosse quoniam: quamobrem Medicos, quoniam componere nesciant, pro putrefactorio uti. Hac ille de secundo Aconiti genere, quod duorum alterum Dioscoridi esse potest, & illud fortasse, quod (ut ipse inquit) in usum suum vertere medici. Sed & de tertio Aconiti genere differuisse Theophrastum equidem crediderim, cum eodem loco paulo post hæc verba subdit: Aliud quoque venenum vim diurnariam enecandi sortiens compertum affirmant: esse namque radiculam quandam, qua eodem die possit occidere: solum hanc habere Ellebori, notamque omnibus esse: hæc Theophrastus. In quod nihil moveor, quod huic Aconito, quod tertium suspicor, veratri folia tribuerit: nam & Dioscorides nigro veratro folia platani reddidit, quemadmodum etiam tertio Aconitorum generi. Scripsit de Aconito pardalianche Aconiti diligentissime etiam Plinius libro vigesimo septimo, capite secundo, sic inquit: Sed antiquorum curam diligentiamque, quis possit satis venerari, cum constet omnium venenorum ocyssimum esse Aconitum, & tactu quoque genitalibus feminei sexus animalium, eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum, quo interemptas dormientes a Calpurno Bestia uxores M. Caelius accusator objecit. Hinc illa atrox peroratio, ejus in digito mortuas. Fabula narrare de spumæ Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque, apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur us ad inferos aditus, gigni. Hoc quoque tamen in usus humane salutis vertere, scorpionum ictibus adversari, experiendo datum in vino calido. Ea est natura, ut hominem occidat, nisi invenerit, quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur velut pari intus invento. Sola hæc pugna est, cum venenum in visceribus reperit: mirumque exitalia per se ambo cum sint, duo venena in homine commoriantur, ut homo

XII. ACONITUM VIII.

XIII. ACONITUM IX.

XIV. PSEUDO ACONITUM
pardalianches.Pseudo-
aconitū
pardali-
anches.

Fuch. er-
ror.

ut homo superfit. Imò verò etiam ferarum remedia antiqui prodiderunt, demonstrando, quomodo venenata quoque ipsa sanarentur. Torpescunt scorpiones Aconiti tactu, stupentque, pallentes, & vinci se constituentur. Auxiliatur eis elleborum album tactu resolvente, ceditque Aconitum duobus malis, suo & omnium. Quod si quis illa sorte ab homine excogitari potuisse credit, ingratis Deorum munera intelligit. Tangunt carnes Aconito, necantque, gustatu pantheras, nisi hoc fieret, repleturas illos sitis. Ob id quidam pardalianches appellaverunt. At illas statim liberari morte excrementorum hominis gustatu demonstratum. Quod certe casu repertum quis dubitet? & quoties fiat etiam nunc, ut novum nasci, quoniam feris ratio, & usus inter se tradi non possit. Folia habet Cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta. Radice modicam Cammaro similem marino. Quare quidam Cammaron appellaverunt, alii Thelyphonon, ex qua diximus causa. Radix incurvatur paulum scorpionum modo, quare & scorpion aliqui appellaverunt: nec defuere, qui Myoskonon appellare vellent, quoniam procul & longinquo odore mures necat. Nascitur in nudis caulis, quas Aconas nominant, & ideo Aconitum aliqui dixere, nullo juxta, ne pulvere quidem nutriente. Alii quoniam vis eadem in morte esset, qua coram ad ferri aciem deterendam, statimque, ad mortem velociter sentiretur. Hec de Aconito pardalianche Plinius. Hallucinantur itaque, qui putant plantam quandam, binis tantum foliis, ipsisque rotundis, firmis, & per ambitum crenatis, à medio caule exortis, floribus melius in caulium summitatibus, & radicibus asphodeli modò numerosis, sed quam longè minoribus, gustu acerrimis ac lethiferis refertam, quam nos hic quoque, appingi curavimus, aliorum etiam iudicio expendendam, Aconitum esse pardalianchen, quam nos Pseudoaconitum Pardalianchen appellamus. Siquidem, quanto in

10

20

30

40

50

60



appellat: siquidem hac uno tantum constat caule, rotundo, duorum palmorum altitudine: è cuius medio quatuor erum-
punt folia, eodem ambitu, crucis instar patentia, sanguinea virga similima: alia præterea quatuor eodem modo prodeunt, lineatio.

prope caulis summitatem, sed hæc minima sunt, acuta & longiuscula: in quorum medio purpureus, vinosusq; extat glo-
bulus unicus, acino uvæ similis, in quo semen concluditur album, minutum, copiosumq; halicacabi modo. Radix, quæ illi
subest tenuis, in capillares fere particulas dissecta, pallescit, nulla scorpius caudæ effigie, nec alabastrum modo aliqua ex par-
te nitet, ut primum Aconiti genus à Dioscoride repræsentatur: cuius folia (ut etiam Plinius l. 27. c. 4. est auctor) præter id
quodd cyclamino, aut cucumeri similia sunt, nunquam, quod viderim, in caulis medio suam habent originem, sed statim ab
40 ipsa radice exeunt hirsuta, humiq; recumbentia. Semen huic nullum, quod sciam, à rei herbaria scriptoribus redditur. Sed
ex herba Paris acino semen colligitur, cui non modò nulla deleteria vis inest, sed etiam contra veneficia præstantissimum
est medicamentum. Novi enim ego quosdam, inquit ille qui pandectas aulas edidit, quorum aliqui nocturnum, diu-
turnitate, alii verò veneficiis semistulti facti erant, hoc tantum Paris herbæ semine ad vigesimum usq; diem in pulverem
hausto drachma pondere, pristinae sanitati omnino restitutos esse: id quod ego quoq; fateri possum. Bacca antidoti admi-
scentur, quæ contra deleteria pharma parantur. Herba recens tusa & illita, genitalium tumores & inflammationes sa-
nat, ac pariter oculorum phlegmonas: paronychiis quoq; medetur. Herba cum bacca refrigerat & succat. Provenit in mon-
tibus, in convallibus, & frutetis. Porro idem Fuchsius in suis paradoxis nil aliud Aconitum esse putat Mauritanis, & præse-
tim Avicenna, quàm Napellum. Quæ in re rursus, meo quidem iudicio, fallitur: quippe tametsi non negaverim, Napellum
esse è genere Aconitorum, quorum numerosa sunt species, ut ex appictis hic imaginibus videri potest: reperio tamen Avicen-
50 nam de utroq; Aconiti genere scriptitasse, & alterum appellasse strangulatorem Adib, alterum verò strangulatorem leopar-
di, quæ nomina eadem sunt, quæ apud Græcos lycotonos, & pardalianches: atq; eundem prius magna differentia speciatim
de Napello egisse constat. Ceterum cum nobis de Napello nunc sermo sit, ejus etiam hic historiam, & vires attexere volui-
mus. Est itaq; N A P E L L U S planta solius quinis ex unius pediculi apice prodeuntibus, pentaphylli modo, inq; anteriori
parte divisis, & aversa subalbicantibus: caulem edit bicubitalem, subrubentem, fragilem, striatumq; in cuius fastigio flores
exeunt spicati, colore purpureo, homini sylvestris modo, qui anteaquam dehiscant, mortui fere hominis calvariæ repræ-
sentant: at jam patefacti lamii flores amulatur. Hos sequuntur corniculata siliquula sursum spectantes, terna ex uno tan-
tum pediculo exorientes, in quibus semen concluditur nigrum, ac minutum. Radice nititur turbinata vulgaris rapunculi
modo, subnigricanteq; à qua numerosa oriuntur fibrae adeò invicem contextæ, ut vetus speciem referant. Nascitur in mon-
tibus, & in convallibus. Excalfacit & siccat ordine quarto ipsi Avicenna. Tota planta pernecabilis admodum est. Sed ra-
60 dix cæteris partibus atrocior, adeò ut manu aliquandiu retenta, quousq; concalescat, tenentem perimat. Quinetiam pasto-
res necatos scimus, qui assandis aviculis, Napelli caule pro veru temere usi sunt. Napelli vis in necandis hominibus adeò
immanis, savaq; existit, ut nullis fere antidotis occurrì possit nisi quàm primum, & statim succurratur, quod tamen Aconi-
tum sumentibus non evenit. Hujus immanitatem vidimus nos Roma anno à Christo nato 1524. mense Novembri in Capi-
tolio, Clementis 7. Pont. max. anno primo. Nam cum decrevisset experiri olei cuiusdam præstantissimi vires, quod Grego-
rius Caravita Bononiensis Chirurgus tunc præceptor meus, contra deleteria medicamenta, & venenosorum animali-
um quoruncunq; morsus paraverat, iussit Pontifex venenum dari duobus latronibus, quos leges damnaverant, quo su-
orum facinorum poenas luerent, laqueo vitam finire, ut in iis olei huius experimentum fieret. Eorum alterum, qui pluri-
mum Napelli sumpserat, dulciarius panibus commissum, pontificii medici statim oleo inungendum præbent, qui post terti-
um di-

T t t

um di-

Herbæ
Paris de-
lineatio.Napelli
dehiscen-
tia.

Vires.

Historia.

XVII. NAPELLUS.

Historia
altera.Historia
tertia.Avicenna
defendi-
tur à Fu-
chsi ca-
lumnia.

retur, nullo sanè mentis incommodo. & vividis me intueretur oculus, cum tamen frontem inspicere frigidus sudor maden-
tem. & arterias jam ferè obdormiscere, antidotum propinari jubeo, quo epoto illico inversis oculis, atq; ore in laus di-
stracto, capiteq; in scapulas rigente, ingenti admodum animi deliquio correptus est. Itaq; totus collapsus accidisset in ter-
ram, nisi à carceris custode retentus esset. Jubeo interim cum vino irrorari faciem, & anterioribus capillis excuti. Quo in-
genio statim revixit, emissis interim per se dem excrementis. Posthac jubeo illum jacere super straminibus ibi ad hoc parat-
is, ut quid inde sequeretur, animadvertere. Ille verò de frigore conquerens, paulò post putrida, biliosa, & livida qua-
dam vomitione rejecit, qua se non parum adjutum fatebatur. Interim se ad sinistram convertit latus, ac si dormire vel-
let. Prohibeo ne dormiat. Dum hac aguntur, nullo alio exorto symptomate, tandem obmutuit, & obiit simul, livida facta
facie ac si laqueo suspensus. Caterum longè aliter se habuerunt symptomata in altero pariter ad furtam damnato, cui da-
ta fuit ejusdem Napelli drachma, ut de lapide, quem Bezoar appellant Arabes, periculum fieret, an hujusce veneni im-
manitatem expugnare posset. Agebat latro annum circiter 27 qui epoto lethali pharmaco, piperis omnino saporem illi
inesse dicebat. Hora subinde peracta, cum vomere coepisset, lapidus illius grana septem ex albo meraco data sunt. Verùm ab
ebibito antidoto, variis, & acerbissimis symptomatibus exagitatus est. Evomuit enim frequenter biliosa, porraceo colore.
Quendam quoq; veluti globum, circa umbilicum se sentire dicebat, qui inde superna petens, in supremam & postremam
capitis partem frigidam auram quandam diffundebat. Accessit paulò post stupor quidam paralyti haud ab similibus, qui sini-
stri lateris brachium, & crur occupavit, adeo ut vix summam manum movere potuerit, motu jam in ceteris partibus ex-
tincto. Interim non multo post tempore hac morbi vi sinistra corporis parte incolumi relicta, in dextram repente se contu-
lit eandemq; simili modo occupavit. Vagum profectò symptoma hoc fuit, nam cum dextrum brachium in altollere potuit,
sinistram non potuit, & e contra. Tandem utrumq; elevavit. Agebat quoq; universa corporis venas frigescere. Non desue-
runt vertigines, quas sequuta sunt cerebri commotiones adeò ferventes, ut aqua in caldario bullienti similes esse diceret.
Accessit quoq; oris, & oculorum convulsio, atq; acutissimus mandibularum dolor. Quare saepe manibus affectas illas par-
tes perstringebat, veritus ne exciderent. Forinsecus turgent oculi, livida facies & nigra labia cernebantur, quinetiam
ventris tumor videri poterat, perinde ac hominis aqua intercute laborantis. Varia admodum extitit arteriarum pulsa-
tio, & varia quoq; mentis perturbatio, pro symptomatum recurrentium acerbitate. Nam jam prorsus de vita desperare,
mox in spem se erigere videbatur, modò rationis compos, modò delirans, nunc ploranti, nunc cantanti similis. Aquam frigi-
dam dari sibi potandam tantopere appetebat, ut ea subito se liberatum iri consideret. Toto hoc tempore se ter excacatum,
terq; in mortis agone colluctatum affirmabat, lingua tamen perpetuò constitit, nullo unquam symptomate affecta, siqui-
dem nunquam intumuit, nunquam in balbutire auditus est. Caterum septima post ebibitum Napellum hora, veneni tan-
dem vi ab Antidoto extincta, omnia evanere symptomata: arterie ad rectam rediere normam, naturalis revixit color,
& brevi quoq; virium constitit robur. Atq; in hunc modum miser ille, magno conflictu, atq; certamine periculum supera-
vit. Id quod manifestò fateatur, de Napelli immanitate Avicennam non scripsisse fabulis, quem tamen insectans Fuchsius
loco superius citato. Leonice ni testimonio nixus, in eum acerrime invehitur, nec sanè eum, ut nostri recentiores, principem,
sed tyrannum, & homicidam nuncupat, eosq; pariter detestatur, qui ejus sectantur doctrinam: quippe quod Avicenna
scripsit (ut ipse inquit) Napellum perniciosum esse venenum: mox subdiderit, quod linitum, & bibitum debeat albas,
cutanei morbi genus. Quia in re non possum non admirari Fuchsi, virum aliqui ingenio & eruditione clarum, quem
etiam hoc nomine plurimum diligo, quod in tam celebrem & antiquum scriptorem paulò acrius & immodestius egerit.

Hominum

Hominum enim eruditorum partes esse semper existimavi, et si ego eas usquequaque servare non potuerim, ut non vanis contentionibus, neque convitiis aliorum scripta resollant, sed rationibus, inque probatissimis, cum eos accusant, qui multis antequam seculis decesserunt, nec amplius a calumniis se tueri possunt. Qui praeerea considerare debent, an in quo aliquem reprehendunt, in eo proprius sit authoris lapsus, aut interpretis, aut librarii, antequam ullum iurgium potius, quam rationibus invadant. Quippe relictus tam Mauritanorum, quam Graecorum sectis, quorum uni magis quam alteri addictus esse nolo, mihi quidem non videtur existimandum, quod Avicenna vir sane singulari doctrina, et admirabili ingenio ab omnibus recentioribus nostris maxime commendatus, eodem in loco sibi omnino contraria scripserit in veneno tam saevo, cui exitiales formidandasque vires tribuit. Cujus rei firmissimum praeber indicium scriptura Avicenna ab Andrea Bellunensi castigata, in qua nusquam legitur, Napellum bibitum albaras delere, sed quod hoc esset quadam ejus confectio in potu sumpta. Verba enim Avicenna secundum castigationem Bellunensis ita sonant: Napellus delet albaras linitum, sicut et confectio ejus dicta alberzicali in potu sumpta. Ex quibus verbis plura mihi sese offerunt conjicienda, ut tuear Avicennam, aut quod confectio illa tam exigua Napelli partem excipiat, aut ea quam recipit, adeo antidoti correctio sit, ut non solum necem non inferre possit, sed ne tantillum quidem obesse. Aut quod Napellus in illam additus, is forte est, quem Avicenna appellat Napellum Moysi, aliqui vero Antoram: quandoquidem hac planta antidotum sit admodum efficax contra Napelli venenum, praesertim quod dicat Avicenna, inesse similiter huic planta vim ad albaras, et lepras: aut in eadem confectio fortasse mus ille interponitur, qui Napelli radicibus victitat, à nobis pluries inventum Mananienfibus montibus, quod etiam mus iste Napellus Moysi ab Avicenna dicatur, quoniam in eadem contra Napelli venenum polleat viribus, quibus et ejusdem nominis planta. Hac fortasse suscipi, quam decebat, persecuti sumus. Sed tamen eo consilio id libenter fecimus, primum ut quantum per nos fieri posset, Avicenna à calumnia vindicaretur. Deinde ut ingenue dicerem, quod de his omnibus sentio, qui optimos etiam quosque, auctores, praesertim Arabes, lacerant ac dissepunt, quorum plerisque magna est habenda gratia: tantum abest ut eos odio perpetuo prosequi debeant. Verum cur id faciant, non video, nisi quod tutum sit in mortuos invehi, quando hodie pauci sunt, qui eos tueri velint. Caterum existimarunt Manarum Ferrariensis, et Leonicensis, quod Napellus, et Toxicum Graeci vocatum inter se non differant. Sed quantum et isti viri gravissimi aberraverint, inferius libro sexto toxici mentione latius ostendemus. Sed de Napello hactenus, qui cum Antoram, quam cum illo conmiscitur, in mentem mihi redegerit, non praetermittendum esse existimavi, quin de ea hic quoque differerem. Est itaque planta, quam ANTORAM, vel ut melius fortasse, Antoram vocant, quae (ut referunt rei plantariae

Napellus
Moysi.Napellus
& Toxicum
cum dif-
ferant.Antoræ
mentio
& vires.

XIIII. ANTORA.

* XIX. ANTORÆ RA-
dices variae. *

30

40

50



indagatores) una cum Napello crescit, vel propè ipsius plantae provenit, in Liguria, et Gallia Cisalpina montibus, unde ad nos affertur, magnarum contra venena virium. Caulem edit sesquipalmarem, et quandoque cubitalem, rotundum, firmumque, in quo multitudine ac tenuia, disparibus intervallis, exunt folia numerosa, in latus sese diffundentia. Flores edit summo caule numerosos, purpureos, Napelli similes, sed paulo minores. Radices duas solidas oblongas, turbinatas olivæ quantitate, ac saepe majores, cortice subnigricanti, sed alba intus carne, Nardi montanae modo. Hanc putaverim ego esse Avicennæ Zedoariam, quod scribat hanc cum Napello crescere, et quod radices sunt, sive portiones similes Aristolochiae. In quam sententiam duxit me Gulielmus Quacelbenus Belgae, medicus insignis, et rei plantariae studiosus, qui superioribus annis antequam moreretur, misit ad me Constantinopoli Antoræ radices aliquot, quas mercatores, à quibus emerat magno satis pretio, Zedoariam appellabant. Quasi non sunt, alterius quidem plantae radices esse non poterant quam ejus,

Zedoaria
Avicennæ.

de qua sub Napelli Moysi nomine meminit Avicenna, cum scribat is Napellum Moysi etiam cum Napello crescere, & ejus majorem esse theriacam. Ideo haud eos male sentire crediderim, qui Zedoariam, & Napellum Moysi, idem esse Avicenna censent. Praestant Antora radices, non solum ad epotum Napellum, sed & cetera quaecumque venena, quin etiam ad viperarum & reliquorum venenosorum morsum. Ligures (ut audio) Antora radicibus felicissime utuntur, ad intestinum vermes. Propinantur quoque commodissime ad tormina, & ceteros intestinorum cruciatum. Dantur quoque, utiliter ad versus pestilentiam, & omnes internos dolores. Auxiliantur omnibus cordis affectibus, nec minus praestare dicuntur in febribus pestilentibus, cum quibus exanthemata lentum figura exoriuntur. Et cum legitimo Doronico careamus, ejus loco perquam belle supponi possunt. Aconitorum vires tradidit Galenus l. 6. simplicium medicamentorum, ubi ita scriptum reliquit: Aconitum pardalianches putrefaciendi facultatem obtinet, & lethale est. Itaque, in cibo potuque, fugiendum: attamen ad putrefaciendum externas corporis partes, aut circa sedem idoneum est. Herba vero radix ad haec utilis est. Quod autem Lycottonon vocatur, similem alteri facultatem habet, sed peculiariter lupos, sicut illud pardos, interficere consuevit. Haecenus Galenus. Aconiti primum genus Graece vocatur ἀκόνιτιον ἢ ἀκόνιτιον ἢ ἀκόνιτιον: Latine, Aconitum interficiens pardos ac pantheras: Italicè, Aconito Pardalianche: Germanice Wolfsebeer und Dolkwurz: Hispanice Centelha: Gallicè Herba de la tora. Alterum vero genus Graeci ἀκόνιτιον noviter dicunt: Latini, Aconitum Cynoctonum & Lycottonum: Itali Aconito cynoctono: Germani Wolfswurz: Hispani Yerva mato lovo, & Yerva de balhesteros: Galli Parelovine. Verum Herba Paris, quibusdam uva versa, sive uva Lupina: Itali Herba Paris: Germanis Wolfsebeer oder Sternfraut: Galli Raifin de Renard. At Napellus, Itali Napello: Chymisti Herba tora.

APPENDIX.

10

CONRADVS Gesnerus hac aetate eruditione, ac copia rerum clarissimus medicus, suo, quem de raris & admirandis herbis appellavit, libello, de primo Dioscoridis Aconito disserens, quod ipse vulgus sequutus Toram appellat, non solum imaginem nostram in hujus capituli initio appictam pluribus impugnare nititur, sed (ut arbitror) invidorum potius quorundam suasionibus, quam sui ipsius genio excitatus, eo immodestia injuriaque, pervenisse demonstrat, quod haudquaquam decere crediderim honestos quosque viros despectere. Quamobrem non possum non admirari, Gesnerum, quem haecenus modestissime de omnibus scripsisse constat, nunc primum longe aliter se gerere, praesertim cum certo sciat, se jamplura magna edidisse volumina, quae censuris innumeris non vacabunt. Ecquid profecto turpius, detestabiliusque, Gesnero evenire potuit, quam infidelitatis illum arguere hominem, cujus auctoritas, integritasque, tanta jam dudum fuit apud ipsum, ut innumeris fere locis in libri de animalium historia, aliisque voluminibus, non solum illum laudaverit, probaverit, ac etiam observaverit, sed illius scriptis inventisque, pro sui commodum usus sit, ac multa illi accepta referre posset: etenim non abest suspicio, quin ejus sinceritatem vaser quispiam labefactaverit malevolus (nam & alios synceros ac probos viros ab ipso deceptos scimus) quo postea factum sit, ut dum is immerito nostram accusat imaginem, aliam ipse in medium afferat, quae (pace ejus dixerim) merito damnari possit, quum plantam, quam ipse pro primi generis Aconito pingit, de quo Dioscorides, & antiquorum alii meminere, nullis prorsus notis legitimum illud Aconitum referat: adeo ut a genuino non minus differre videatur, quam corvus a Cygno. Nam ubi hirsuta folia? ubi Cucumeris aut Cyclaminis facies? ubi plura quam unum tantum folium? ubi radix caudae scorpionis amula? ubi (Dii boni) alabastris splendor? Nullum penitus talium notarum apparet vestigium. Quamobrem plurimum mirari subit, quod quasi fasciatus maluerit Gesnerus imperitissimi olitoris, cujus balista se telum effecit, contra nos probare sententiam, quam Theophrastum, Dioscoridem, Plinium, Oribasium, & alios quotquot sunt clarissimi nominis auctores, admittere. Adhuc non video, cur ea ratione adducatur Gesnerus, ut non putet imaginem nostram nisi fictitiam, quod scilicet nimis artificiosa sit radix, & quod absque ullis videatur fibris, quum aliarum etiam plantarum habeantur radices omnino glabrae, artificio editae longe majori, ut in Dentaria vocata, & in eo Sanicula genere, quod album Germani vocant, cujus superius inter symphyta meminimus, videri potest. Sed dicat Gesnerus, obsecro, quoniam in suis de animalibus libris fictitias appinxit imagines? Longum sane esset recensere. Recensere fortasse alias. Quippe nil minus ferendam, quam rationem ab altero repetere enim, qui sua redere non possit.

Sunt enim in promptu doctissimi viri, & in plantarum historia, ac facultate exercitatissimi, qui rerum veritatem optime norunt, quorum nomina, etsi copiosum non efficiant numerum, satius mihi fuerit is commendari labores nostros, quam a ceteris improbari. Equidem Gesnero alioqui viro doctissimo nostri Aconiti stirpem mittere possem, nec me taderet ad montes illos me iterum recipere, licet magna intercedat itineris distantia. Atqui quum plantam non requirat, sed duorum aut trium eruditorum testimonia, haec semper in promptu erunt.

Vivit Georgius Liberalis pictor, qui plantam delineavit: Vivit Petrus Spezzalancia, qui eam effodit: Vivit Franciscus Melchiorius medicus Tridentinus, qui nobiscum ierat: Vivo ego (Dii boni) qui adhuc fidei aliquid praestare possum, & montes vivunt & extant, qui tales nobis alunt plantas. Mirum sane, quod tam jam morosi sint homines, ut nil aliud extare terris, maribusque, censeant, quam quod ipsi tantum viderint. Verum enimvero non possum satis explorare Gesneri mentem: quippe qui haec & alia nonnulla adversum me prius scripserit, & nunc primum nos honestè, benignè, defenderit, adversus Guilandinum quendam Borussum, qui ad ipsum epistolam quandam scribens de Bulbo Castaneo, Trasis, Moly, aliisque, nonnullis barbara quadam invidia sauciatus citra causam omnem ac rationem, temulentis hominibus instar, acris, immodestis, quin etiam iniquis quam par fuerat, in nos invehitur. Sed licet etiam nobis, obsecro, parumper una cum Gesnero, quem tamen suis maledictis sautorem sperabat, tam impudentis hominis rabiem repellere. Nam quis hoc pati possit? Quis non modestiae fines praetergrediatur, ubi tantum contumeliosus, calumniosus, & imperitissimus hominibus rabidis moribus carpi, & praeter aequum impugnari. Id quod si aut nostro tantum aro, aut mihi soli evenire perspectum haberem, dolerem quidem primum horum temporum nequitiam, inde vero fortunam meam deplorarem. Verum quum id omni tempore fuisse commune animadvertam, eamque fuisse semper bonorum, doctorumque, virorum conditionem non ignorem, ut invidorum tela evitare, rabiemque effugere neququam possint,

Matthioli testimonium adversus Gesnerum. Vivit Georgius Liberalis pictor, qui plantam delineavit: Vivit Petrus Spezzalancia, qui eam effodit: Vivit Franciscus Melchiorius medicus Tridentinus, qui nobiscum ierat: Vivo ego (Dii boni) qui adhuc fidei aliquid praestare possum, & montes vivunt & extant, qui tales nobis alunt plantas. Mirum sane, quod tam jam morosi sint homines, ut nil aliud extare terris, maribusque, censeant, quam quod ipsi tantum viderint. Verum enimvero non possum satis explorare Gesneri mentem: quippe qui haec & alia nonnulla adversum me prius scripserit, & nunc primum nos honestè, benignè, defenderit, adversus Guilandinum quendam Borussum, qui ad ipsum epistolam quandam scribens de Bulbo Castaneo, Trasis, Moly, aliisque, nonnullis barbara quadam invidia sauciatus citra causam omnem ac rationem, temulentis hominibus instar, acris, immodestis, quin etiam iniquis quam par fuerat, in nos invehitur. Sed licet etiam nobis, obsecro, parumper una cum Gesnero, quem tamen suis maledictis sautorem sperabat, tam impudentis hominis rabiem repellere. Nam quis hoc pati possit? Quis non modestiae fines praetergrediatur, ubi tantum contumeliosus, calumniosus, & imperitissimus hominibus rabidis moribus carpi, & praeter aequum impugnari. Id quod si aut nostro tantum aro, aut mihi soli evenire perspectum haberem, dolerem quidem primum horum temporum nequitiam, inde vero fortunam meam deplorarem. Verum quum id omni tempore fuisse commune animadvertam, eamque fuisse semper bonorum, doctorumque, virorum conditionem non ignorem, ut invidorum tela evitare, rabiemque effugere neququam possint,

possint, facile equo animo patior quorundam audaciam, insignemq; temeritatem. Inter quos nulli mihi secundus videtur Borussus ille, quem potius (ut ita dicam) Marassum vocaverim. Quid? Mibi blatero invidiam parere credit, quod me herbariorum Deum appellat? An nescit tabula, non aliam ob causam labores nostros in omnium fere studiosorum manibus florescere, & legi, laudari, foveriq; ab omnibus, quam quod ii de re herbaria bene meruim me iudicent? quoniam etiam ob id mihi tantas agant habeantq; gratias, quantas mihi vix meritis esse videor. Atqui is, tamen si stultissimus sit, in hoc tamen (me hercule) sapere videtur, quod corium illud suum tanti faciat, ut Matthioli pelli anteferendum iudicet, quod sibi aliquando ex usu fore putat. Servet ille suum corium diligenter inunctum, & magno existimet pretio. Quippe nisi proprio fuerit adiutus corio, parum aberit, quin livoris intumescens rumpatur medius. At videant candidi piiq; lectores, qua hypocrisis inceptis in nos invehi Guilandinus, quem primum inquit: Non is sum, qui cavillis, & imposturis inanem gloriam aucupari velim. Mentiri nescio, nec si scirem, velim, quum tamen nil magis profiteatur, quam calumniis, maledictis, & imposturis sinceritatem, & modestiam nostram impugnare, & id me scripsisse asserat, quod nulum in nostris legitur commentariis. Sed nescio quomodo turpiora sint vitia, quam qua virtutum specie celantur. Porro si quandoq; forte nonnullas bonas horas male consumpsero, ut huic impudentissimo conviciatori respondeam (id enim non hic expositulatur locus, ne huius futilitate, & frivolis ineptiis nostra deficiantur commentaria) rogaros velim studiosos omnes, ne id a me factum putent, ut aliquam mihi exinde laudem requiram, qua nulla mihi tam diu esse potest, quam diu cum homine tam impudenti negotium est, qui tanquam lulentus cum quovis volutari cupit: sed si quam ille maledicendo voluptatem accepit, eam male audiendo amittat, ceteriq; ejus simillimi aperte omnes intelligant, plus esse bonis eruditiq; viris, se defendendo praesidi, quam variis obrectatoribus in calumniando fraudu.

- 20 Aconitum duplex est, aliud folio Cucumeris, quod Pardalianches, aliud foliis Platani instar divisum, quod Lycoctonum: utriusq; plures sunt differentiae. I. Aconitum Pardalianches primo loco positum, multi, praesertim Gesnerus in Libello de Lunariis, falsum & commentitium existimant: at Lugd. herbarii author in appendice suae historiae, plantam integram a Trevirensi seplasiario se natum testatur, in cujus horto plantae jam aliquot annis vivant, & in Allobrogibus nasci: qui figuram huic similem habet, sed ramulum floribus onustum adpingit. Dicitur Aconitum pardalianches, Matth. Dod. gal. Lugd. Tab. Aconitum primum, Lac. Cast. Aconitum Matthioli an in rerum natura dubitamus, Gesnero de hortis. Placuit ex secunda Matthioli editione appendicem, quam capiti de Aconito subjunxit, huic etiam editioni inferere, cum suam contra Gesnerum conetur sententiam tueri. II. Aconitum Pardalianches Plinii, Matth. Dod. gal. Lugd. Tab. Aconitum pardalianches alterum, Dod. fol. Doronicum brachiata radice, Lob. Lugd. III. Aconitum Pardalianches Theophrasti, Matth. Lugd. Aconitum Pardalianches Matthioli, Taber. IV. Doronicum radice Scorpii, C.B. Aconitum Pardalianches minus, Matth. Lugd. Cast. Aconitum pardalianches primum, Dod. fol. Doronici tertii varietas, Lobel. Doronicum latifolium. Clus. hist. Pann. Doronicum, Cord. in hist. Ges. hor. Lonic. Caesalpinus. Doronicum primum, Taber. Doronicum minus, Cam. Doronicum Romanum, Ges. hor. Clusio in Corollario Dodonaei Gallice a se redditum Lugd. Doronicum Scorpioides, Gesnero in libello de Aconitis. Triplicem hanc Aconiti Pardalianchis differentiam, triplicem esse Doronici varietatem, non sine causa suspicari licet: & quod secundo loco positum, videtur esse Doronicum, quod apud Helverios provenit, & ipsius radices ante octodecim annos in Pharmacopolio Johannis Haintzmanni, Grassoy nomine accepimus, ex cujus horto dum hoc scriberemus, plantam cum floribus mutuavimus, de qua plenius in historia nostra universali. V. Aconitum lycoctonum luteum, C.B. Thal. Camer. Aconitum secundum, Matth. Cord. in Diof. Lacu Aconitum Lycoctonum, Fuch. Lonic. Aconitum Lycoctonum luteum majus, Dod. fol. Lugd. Lycoctonum ponticum, Dod. gal. Aconitum Lycoctonum secundum, Lugd. Aconitum luteum, Gesner. in fracto, Taber. Aconitum luteum ponticum, Lobel. Aconiti secundi vel Lycoctoni species prima, Ges. hor. Luparia, Trago. Napelli primum genus, Caesalpino. Flores huic purpureos Matthiolus, at Camerarius in sua Matthioli epitome, luridos aut luteos pallescentes, tribuit. VI. Aconitum tertium, Matth. Lacun. Thal. Tabernae. Aconitum Lycoctonum tertium, Lugdun. nil aliud, est, quam Ranunculi species, quem supra sextum fecit. VII. Quod septimo loco posuimus, in Aconiti tertii locum Camerarius in suo Matthiolo substituit, Aconitum etiam hyemale nominans, quod lubet Aconitum unifolium luteum bulbosum nominare, quod forte Theophrasti Aconitum est. Hoc ex radice candida, ex pluribus tuberculis Anemones instar composita, & quasi geniculis articulata, quae acris & fervens, nullos quidem cauliculos, sed plures pediculos palmares nudos & tenues emittit, quorum summo folium rotundum, circumscriptio quidem unicum, sed in plures partes Geranii Columbinii, aut Napelli figura, in profundiores, minusq; profundas lacinias divisum: foliorum singulorum medio flos unicus luteus, Ranunculi aemulus sex foliis compositus, insidet, ex cujus medio apices plures singuli minutum capitulum subflavum sustinentes, emicant: quod si flos major longiorve sit, obscure flavescit, si minor, saturatius flavet. Huic succedunt siliquae quaternae & etiam senae, pediculis insidentes sursum erectae, Hellebori nigri tenuiores, quibus semen rotundum, compressum, rufescens, inclusum. Hoc alii in collibus agri Faesulani, nos vero in Euganeis juxta Patavium Aprili florens, & in nostris hortis Januarii fine, legimus. Dicitur Bulbosus unifolius aut bifolius batrachoides, Elleboracea herbula, Adversariis. Aconitum hyemale Belgarum, & Ranunculus monophyllos, sive Anemone Bononiensis, Lob. Camer. Aconitum Lycoctonum luteum minus, Dod. fol. Lug. Aconitum aliud Dalechampii, Lug. Bulbus parvus unifolius Penae, Lugdunensis historiae auctori, qui huius plantae tres figuras proposuit, quod illi usitatum, ita ex eo opere (fere dixissem farragine) & quidem sine ipsius damno ultra trecentas figuras, bis tervè, & quidem sub diversis nominibus positas, auferre possis. Aconitum hyemale Cam. in suo Matthiolo. Elleborina Caesalpino. VIII. Aconitum quartum, Matth. Lacu. Lugd. an forte Aconitum Lycoctonum flore delphinii caeruleo (quod Lobelus & Dodonaeus proposuere) exprimere voluit? Floribus aureis magnis Matthiolus, caeruleis caudatis Camerarius in Epitome Matthioli dicit,

IX. Aconitum quintum, Matt. & Lugd. cui ex Matthioli sententia, flores insunt purpurei, at Camera-
rio in Epitome crocei, addens folia vitigineis aut ficulneis accedere magnitudine ac figura seu divisione,
quæ maculis albis & livescentibus venis deformatur, radice nigricante, cujus magna copia in monte
Baldo inveniatur. Videtur Ranunculus montanus albus, simplici flore, quem idem Matthiolus pro
quarto Ranunculo posuit, exprimi. X. Aconitum sextum, Matth. Lugd. Tab. quod floribus splendet
purpureis Matthiolo: verum Camerarii in Matth. hæc sunt: Napello simili folio sed multò majore con-
spicitur, & albis quibusdam seu pallidis livescente venulis, floris figura ad Lupariam nostram accedit,
colore pallescente luteove. XI. Aconitum septimum, Matt. & Lugd. An Aconitum Lycoctonum quar-
tum, Clusii historia Pannonica? XII. Aconitum octavum, Matth. Lugd. hoc floribus nitet purpura-
scentibus Matthiolo: at Camerario in Matthiolum, floribus provenit rufescentibus, folio fere vitigi-
neo, radice quadruplici ab uno capite crasso. Quid si Matthiolus, id quod à Lobelo, Dodonæo & Lugdu-
nensi pro Aconito Lycoctono cæruleo parvo, & à Clusio hist. Panno. & Camerario Thora Italicae no-
mine exprimitur, intellexisset? XIII. Aconitum nonum Matthiolo & Lugdunensi: floribus aureis Mat-
thiolo, Luteis Camerario in Matth. qui hæc addit: radice duplici divaricata sustinetur, minora, & gra-
ciliora, quàm alii Napelli folia & magis dissecta promit: quod Antoram forte aliquis non malè exulti-
maret, nisi major & longior, ut videtur, hæc esset. XIV. Thora major, C.B. Pseudoaconitum Pardalian-
ches, Matth. Aconitum primum Dioscoridis, Gef. hor. Cyclaminus terria Plinii & Limeum ejusdem,
Gef. Libello de Aconitis. Phthora Valdensium, Adver. Lob. in icon. Thora Valdensis, Dod. fol. Lugd.
Clus. hist. Pann. Cam. Tab. Tora major & Toxicum Valdensium, Cam. in suo Matthiolo. XV. Thora
minor, quæ minoribus foliis constat circinatis, asperis, non hirsutis, per ambitum crenatis, ad pluri-
mum tribus, sæpius verò singulari folio: floribus luteis sed minoribus forma ut & seminibus, Ranun-
culo similibus: radicibus pluribus conjunctis asphodeli instar ex uno capite prodeuntibus, albis, quibus
sæpe appendix longiuscula scorpii caudæ æmula, qua se forsan propagare solet additur. Aconitum pri-
mum minus, Gef. hor. Tora minor, Gef. Lobel. de Aconitis, Camer. in Matth. Thora montis Baldi &
Thora Sabaudica, Tabernæmonta. XVI. Solanum quadrifolium bacciferum, C.B. Herba, Paris, Matt.
Dod. gal. & fol. Lugd. Cast. Thal. Cæsal. Paris herba, Lonic. Camer. *Asop* sed non Atticus & Uva lupina,
Trag. Aconitum Pardalianches, Fuchf. Taber. Aconitum seu pardalianches monococcum, Cord. in
hist. Aconitum pardalianches thelyphonon, myophonon Theophrasti Cord. in Diosc. Aconitum salu-
tiferum, Taber. Solanum tetraphyllum, Gef. hor. Lobel. Solanum sylvaticum, Gef. hor. appen. Foliis
communiter quatuor, uno aliquando, & etiam tribus cum primum prodit, quinque & sex reperitur.
XVII. Aconitum cæruleum seu Napellus, C.B. Napellus, Matth. Gef. hor. Lonic. Castor. (cui & herba
Tora) Dod. fol. (cui & Toxicum) Lugd. Camer. Napellus verus cæruleus, Lobel. Napellus major,
Taber. Napellus reticulatus & Napellus Avicennæ, Cæsal. Eischenhütten/Brumf. Trag. Lycoctonum cæ-
ruleum, Cucubus five Cappa monachi, Dod. gal. Lycoctonum sativum tricarpum, Cord. in hist. Aco-
niti secundi vel Lycoctoni species altera, Gef. hort. Aconitum cæruleum, Thalyo. Flore communiter
cæruleo, rarius roseo, rarissime albo reperitur. XVIII. Aconitum salutiferum seu Anthora, quasi *ἀνθρα*

CICUTA.



ἄσπερος, quod Thora alexipharmacum sit, C.B. Zedo-
aria & Napellus Moysis Avicennæ, cui & Algieduar:
Antora, Matth. Gef. hor. Castor. Cæsalp. Cam. An-
thora, Dodon. fol. Lobel. Lon. Taber. Lugd. quam
herbam Colicis doloribus utilem indigenæ Allobro-
gum vocant: Aconitum salutiferum & Antitora,
Gesnero de hortis Germaniæ. XIX. Hoc cum ludat
radicum forma, earum varietatem, D. Camerarium
imitati, figura expressimus: aliæ enim singularem &
quasi bulbosam radicem obtinent: aliæ geminis, vel
oblongis, vel turbinatis, cohærent: nonnunquam
scorpionem aliquantum referunt: sed & triplices
inveniuntur.

Κύκτου.

CICUTA.

50

CAP. LXXIII.

Cicuta caulem edit geniculatum, ut fœniculi
grandem: folia ferulæ, angustiora, gravi odora-
tu: rami, mox umbellæ in summo prodeunt: flores
quoque albicantes, & semen aniso candidius: radi-
cenon alta, concava. Cicutæ lethale venenum inest,
suaque vi refrigeratoria necat. Remedio est vini
meraculi potus. Succus exprimitur contusis cacu-
minibus, priusquàm semina, & comæ siccescant, 60
qui sole densatur in pastillos. Multus ad medendi
rationem usus est aridi: commodè miscetur colly-
riis, quæ levandi doloris gratia temperantur: ignes
sacros, & ulcera quæ serpunt, illitu restinguit. Her-
ba cum coma trita, & testibus circumlita, libidi-
num imaginationes in somno compefcit, sed geni-
tale resolvit: lac puerperarum mammis apposita
extinguit:

extinguit: in virginitate mammas coercet, & increscere non patitur, pueris præstat, ut eorum testiculi cibum non sentientes intabescant. * Efficacissima vis Creticæ, Megarensi, mox Atticæ, & in Chio, & Cilicia nascenti.

Cicuta vulgaris notitia est planta, utpote quæ plerumq; prope urbium, & oppidorum mœnia, & secus itinera proveniat, ferula ad similes, odore tamen admodum gravi. Maxima vis Cicuta, ut Plinius refert, quæ nascitur in terra Parthorum, mox Laconica, Cretica, Asiatica. In Græcia verò Megarica, deinde Attica. Ceterum in Italia constat Cicutam non admodum exitialem esse. Eam in Hetruria si asini depascantur, profundissimo somno, & torpore capiuntur, ita ut non tantum stupidi, sed planè mortui videantur. Id quod aliquando rusticos hujus rei ignaros fefellit: nam dum asinis, quos mortuos credebant, pellem ad usum detraherent, accidit mirum, quòd in medio fere operis asini experrecti sunt, non sine magno excoarantium terrore, atq; ingenti spectantium visu. Cicuta breviter meminit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, ubi tantum omnibus notum esse scribit, quòd ea extremè refrigerantis sit facultatis. Et in libro quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, Cicuta potu illam fieri amentiam tradidit, quam à Cicuta ipsa Græci conion appellant. Hoc nobis contigit videre, ut latius libro sexto explicabimus, in quibusdam, qui imprudenter Cicuta radices pastinant. Cæ vice decoctas comederant. Planta, quæ Græcis κόκκυς, Latinis atq; etiam Italis Cicuta vocatur: Arabibus Sucaram: Germanis Zigerkraut / Schirling und Wütterich: Hispanis Ceguda: Gallis Cigue, Cocue & Segue.

Cicuta major, cujus caulem viridem à plerisque edi, scribit Plinius lib. 25. cap. 13. verum qui sapiunt ab hujus esu, Socrateo exemplo edocti, abstineant. C. B. Cicuta, Matth. Trag. Fuchl. Turn. Cordo in Dioscor. Dod. gal. & fol. Lac. Lon. Lob. Castor. Lugdun. Cæsalp. Taber. Cicuta major, Cordo in hist. Cam. Cicuta vera, Gef. hort. Thal.

Σμύλαξ.

TAXUS.

CAP. LXXV.

Smilax à Græcis, Taxus à Latinis appellatur, arbor abietis magnitudine, & foliorum ejusdem figura, in Italia, & Narbonensi Gallia Hispaniæ contermina nascent. Aviculæ quæ Italicæ Taxi baccas devorant, denigrantur: & qui ederint easdem homines, alvi profluvio corripiuntur. Narbonæ tam præsentis est veneni, ut si qui dormiant sub ea, aut in ejus umbra subsideant, lædantur, & sæpè numero moriantur: quare de Taxo hæc traduntur, ut ab ea caveamus.

30

TAXUS.

* TAXUS GLANDIFERA. *

Taxi
confid.

Nascitur Taxus frequens in Ananie vallis montibus, saxosis ac præruptis locis, inter abietes & piceas, quibus folio ac forma non longe dissimilis visitur: quanquam hæc illarum proceritatem non nisi rarissime æquet. Baccas fert rubentes, aquifolii modo, dulces vinosasq;: quas quandoq; mandentes tum pastores, tum qui in sylvis arbores cadunt, statim in febres incidunt, & dysenterici fiunt sanguine & spiritibus inde admodum inflammatis. Ligni materies, quod rufescat, quam plurimus intercurantibus venit, incorruptaq; sit, lignarii fabri maxime expetitur, & plurimi sit, præsertim con-
cinnandis mensis & bastu, arcubus reliq; conficiendis. Quamobrem Germani hujus arboris asseres ad sua construenda hypo-
causta

T t t

**Taxi-
historia
Theoph.** causa non exigua sibi comparant pecunia. Taxi meminit Theophrastus lib. 3. cap. 10. de plantarum historia. sic inquit: Taxus quoque genere simplex, procera, auctu insignis similis, abieti, nisi quod non pariter excelsa, magis, alii sinuata est: folio quoque, Abieti similis, sed pinguior mollior, ligno. Quae in Arcadia nascitur, nigro ligno, aut puniceo constat: quae autem in Ida stylo admodum, & cedro simili: propter quod vendentes fraudare dicuntur, tanquam cedrum venundent. Totum enim cor esse, cortice detracto: corticem similem cedro habere tum scabritia, tum colore: radices breves, graciles, per summam, cespitum: rara haec circa Idam. At in Macedonia Arcadiaque, vel fructum abunde proferre, rotundum, saba paulo maiorem: colore rufum tactu, mollem. Ajunt, quod si jumenta folia comederint, emoriuntur: si ruminantia, nihil patiuntur. Fructus & ab aliquibus hominibus manditur, suavisque est, atque innoxius: hactenus Theophrastus. Cujus sententia illud obstat videtur, quod nostra Taxus fructum ferat non innoxium, ut ipse ait, sed noxium, ut supra diximus.

Ex Plinio Taxi Plinius quoque meminit lib. 16. cap. 10. ubi de ea ita scribit: Abieti & picea similis etiamnum aspectu est Taxus, minus virens graciliusque, & tristis ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu: lethale quippe baccis, in Hispania praecipue, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia factis mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius Smilacem a Graecis vocari dixit: & esse in Arcadia tam praesentis veneni, ut si qui dormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tinguntur. Reperit innoxiam fieri, si in ipsam arborem clarus areus adigatur: haec Plinius. Foliorum fumo mures necantur. Boves foliorum pastu necantur. Taxi praeterea nocumenta tradidit Dioscorides libro sexto, ubi de noxiis medicamentis pertractat, quod cum peruentum fuerit, de his diffusis nobis differendum erit. Taxi vires quam paucis reddidit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, sic inquit: Smilax, aut Taxus arbor est venenosa facultatis. Huic arbori nomen Graecum est *gala*.

Nomina. Latium Taxus: Italicum Tasso seu Nasso: Germanicum Eibenbaum: Hispanicum Texo: Gallicum Yf.

Taxi figuram Matthiolus proposuit, quae solum baccas cum foliis exprimit: at Lobelus & flores adpinxit, eo modo quo figura nostra prima ostendit. Verum lubuit & alteram figuram addere, quae & flores & glandes exhiberet una cum nucamentis. Elapso etenim anno Nobilissimus Jacobus Antonius Cortusius, Taxi ramum glandibus onustum transmisit: qui scribit se praecedentis anni Octobri & Novembri mensibus in montibus circa Vincentiam qui Tridentum spectant, legisse: quod sane dignum observatu, cum nec ab antiquis, nec a recentioribus, quod quidem legerimus, quicquam de Taxo glandifera memoriae sit proditum, merito ergo haec de glandibus observatio Nobilissimo Cortuso debetur. Dicitur Smilax Dioscoridi & Galeno: Milos, Theophrasto: Smilos, Nicandro: Taxus, Plinio & Matth. Dod. gal. & fol. Turn. Cordo in Dioscor. Ges. hort. Lac. Lon. Lob. Cast. Lug. Thal. Cam. Casal. Milax arbor, Cordo in Dioscoridem.

A πόνυον.

APOCYNUM.

CAP. LXXVI.

A Pocynon five Cynocrambe, Brassica canina, frutex est longis viticulis constans, male olentibus, lentis, vitiumque modo obsequiosis, fractu fere invictis: folio hederæ, molliore tamen, & per extremum acutiore, lento, gravi odore: id luteo succo turget. a Siliqua ceu fabarum, folliculari specie, digiti lon-

a Meum
apocyni
et la-
pocyni
vero vel-
ut fili-
qua fa-
ba.

I. APOCYNUM.



II. APOCYNUM REPENS.



gitudine

gitudine protenduntur: semine intus duro, parvo, nigro. Folia cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes & pantheras enecant in cibo data, & protinus eorum coxendices resolvunt.

A Apocynum, quod & Brasicam caninam appellant, et si jam diu mihi quidem incognita fuerit, aded ut inter alias in-
compertas stirpes in amplissimo natura viridario posteris reliquerim explorandam, hoc tamen anno è Pisis medicus
eruditione, & in re herbaria clarus, Lucas Ghinus Forocorneliensis duas ad me misit plantas, quarum una per omnia Dio-
scoridis Apocynon representat. Scribit enim vir ille, duas à quodam nobili amico siliquas dono accepisse è Syria allatas,
quarum alteri inscriptum erat Periploca repens: alteri verò Periploca non repens, fortasse quod ita Syri eas plantas nomi-
nent. Subdit praterea, has siliquas rhododendri siliquis admodum fuisse similes: inter quas tamen hac erat differentia,
quod repens Periploca siliqua ea sanè longitudine constabat, qua & rhododendri, gracilior tamen erat: alterius verò bre-
vior. E longiori sata plantam provenisse ait, quæ non modò humi repit, sed arbores quantumvis proceras scandit: è brevi-
ori verò aliam, quæ notis omnibus Apocynon refert. Utraq; porro non minus lacte turgēt, ut scribit, quàm tithymali omne
genus: verum id repenti omnino album inesse: non repenti verò subroceum. Est & in siliquis differentia. Siquidem etsi ha-
in utraq; rhododendri perquam similes sunt, in non repenti tamen simplices, acutiores, ac rectæ ex uno pediculo proventi-
unt: in repenti verò, quæ folia promit alterius longiora, caules, seu potius vitculas obsequiosas & fractu contumaces, len-
tasq; binæ, ex uno pediculo in origine conjunctæ, prodeunt, & in sese invicem inflexæ, nec aded, ut illa in acutum desinen-
tes. Provenit repens in Apulia & Calabria copiosè. Creditur iisdem pollere viribus, quibus & alterum. Dioscorides Apocyno-
siliquas facit faba similes, quod in his quæ hic imagine expressimus, maximè repugnare videtur. Nam inter harum, &
fabarum siliquas non parva intercedit differentia. Verum cum scribat Plinius Apocynum semen (siliquam intelligo) ferre
acutum, & videam statim post Apocyni caput de Rhododendro, illi siliquis simili, scripsisse Dioscoridem, non possum mihi
non persuadere, hasce plantas legitimè esse Apocynum. Itaq; in hac mea persistam opinione, donec aliam videro plantam,
quæ clarioribus notis Apocynum referat. Interim si quis in censendis plantis tam morosus reperiatur, ut has Apocynos face-
re nolit, poterit is id tamen condonare, ut liceat nobis (ut Ghinus ille optimus faciebat) easdem Periplocas appellare. Apo-
cyni vires memoria prodidit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Apocynum aut Cynocrambe: Vo-
cant autem quidam eam Cynomorum, quandoquidem canes celerrimè interimit, sicut Lycodonon lupos. Est autem ho-
minibus venenum, herba multum graviter olens: proinde omnino calida est non instrenuè, non tamen proportionè defici-
cat. Itaq; illi admodum digerenti est facultas. Quæ planta & ἀνέκνυρ Græcè, Apocynum item & Brasica canina Lati-
nè dicitur: Italicè Apocino sive Periploca. At Apocynum repens, Italis Apocino serpeggiante.

Apocyni
confid.Apocynū
duplex.Apocyni
vires ex
Gal.

Nomina,

I. Apocynum folio subrotundo, C.B. Apocynum, Matt. Anguil. Lac. Cast. Lug. Apocynum primum,
Clus. hist. Hisp. Apocynum sive Periploca Græca, foliis latioribus hederaceis, Lob. Amphocynum hodie
in Græcia, Ges. hor. Cynocrambe, Lon. Periploca non repens, Cæs. II. Apocynum repens purpurascens
flore (quoddam enim albo flore folioq; angustissimo Alpinus proponit) C.B. Apocynum repens, Matt.
Lugd. Cam. Apocynum secundum, Clus. hist. Hisp. Periploca Nerei folio, Anguil. Periploca altera, Dod.
fol. Periploca serpens angustiore folio, Lobel. Periploca, Cæs. alpino.

Νέριον ἢ Ροδιδένδρον. NERIUM SIVE RHODODENDRUM. CAP. LXXVII.

NERIUM SIVE RHODODENDRUM.

Nerion aliqui Rhododaphnen, & alii Rhododen-
dron vocant: frutex est vulgaris notitiæ, longio-
ribus quàm amygdala foliis crassioribusq; flore in
rosam conformato: a fructu amygdalæ simili, corni-
culato, qui patefactus quandam lanosam naturam
ostendit, & pinarum pappos repræsentantem: radice
longa, acuta, lignosa, gustanti salsa: nascitur in amos-
nis, maritimis, & secus amnes. Flores & folia mulis,
canibus, asinis & quadrupedum plurimis venena-
sunt: hominibus verò contra serpentium morsus præ-
fidia, è vino pota, edè magis ruta addita. Imbecillæ et-
iam animantes, ut pecus & capræ, si aquam bibant, in
qua folia ea maduerint, moriuntur.

a Cate-
cuz. naga-
pōi dē fi-
gis naga-
lū. i. fru-
ctum fere
vel cor-
nu.
b Meum
ἀνέκνυρ
πάρει οἶος.
i. Acan-
thidis
pappis.

Nerium, quod flores rosarum effigie proferat, Lauriniq;
foliis constat, Græcorum quidam Rhododendron, alii
Rhododaphnen appellant: Italis Oleandro vulgè dicitur. Vi-
dimus nos hoc primum ad Venaciripis, & in Argentario pro-
montorio in maritimis nostris. Planta est lauri facie, spe-
ctabilis, & visu non inuicunda, præsertim cum roseis emi-
cat floribus. Horum similitudine deceptus quondam fuit Lu-
cius Apuleius sub asini metamorphosi, dum rosas quæreretur,
quarum pastu in pristinam formam restituendus erat. Nam
cum procul vidisset Nerium suis floribus refertum, ratus
eos esse veras rosas edè aperto ore accurrit tanta aviditate, ut
parum defuerit, quin eas primo occurru imprudens devora-
rit. Verum is, ut qui in plantarum historia, & viribus ea-
rum indagandis diligentissimus author extitit, non imme-
mor Nerii flores depastos asinis venenum præsentaneum esse,
ita deceptus labra subnovit, demissusq; ad terram auribus
abiit. Nerii vires descripsit Gal. lib. 8. simplicium medicamen-
torum,

Nerii
confid.Nerii vi-
res ex
Gal.

Conci-
hatio
Dioscori-
dis cum
Gal.

torum, si. inquit: Nerium ut Rhododaphne notus omnibus est frutex. Foris quidem corpori illius, discutiendi vim obti-
net, intus autem in corpus assumptus, perniciosus ac venenosus non tantum hominibus est, sed plerisque, etiam pecudibus: hac
Galenus. Quae maxime repugnant Dioscoridis & Plinii placitis: quippe qui Nerium potum commendaverint hominibus
contra serpentium venenosorum morsus. Nisi dicere velimus, quod Nerium sumptum secundum Galenum sit hominibus
non demorsis perniciosum: secundum verò Dioscoridem idem is remedio sit, quos serpentes memorderint. Idem, ex ratione
fiat, quia & cantharides (ut inquit Avicenna) a cane rabido demorsis medentur, & euphorbium a scorpionibus ictis, &
alia denique, lethalia medicamenta aliis item venenis adversantur, ut inferius libro sexto latius dicetur. Siquidem mihi non
videtur verisimile, quod praeter rationem id prodiderit Dioscorides, in simplicium materia omnium facile princeps. No-
mina: *εὐνερὶον* hoc est *εὐνερὶον* sit Graece planta dicitur, quae Latinis pariter Nerium, Rhododaphne & Rhododendrum:
Itali Oleandro: Germanis Oleander: Hispanis Adelfa & Eloeandro: Gallis Rosagine seu Rosage, Oleandre.

10

Nerium Matth. Trag. Fuchf. Turn. Dod. gal. Cordo in Diosc. Gef. hort. Lacun. Lon. Lob. Lugd.
Castor. Camer. Taber. Neris, Nicandro: Oleander, Anguil. Lob. icon. cui & Laurus rosea: Rhododen-
dron, Gef. hort. Dod. fol. Rhododaphne, Gef. hort. Cæsalp. Rosa laurea, Apuleio, Vulgò flore est rube-
scente, habetur & albo.


Münster.

FUNGII.

CAP. LXXVIII.

Fungorum differentia duplex: aut enim manduntur, aut perniciales sunt. Multis de causis venenosi
gignuntur, ubi videlicet clavus ferreus, in quo sit rubigo, aut panni marcor adfuerit: aut si iuxta fer-
pentis cavernam, arboresve, & quae privatim pariunt noxios fructus, erumpant. Continent qui tales sunt,
nescio quod strigmentum concretamque pituitam, terraque; eruti, quam celerrimè computrescunt, atque
marcore vitiantur. Sed qui veneno imbuti non sunt, suavem in iuribus gratiam habent, largius ta-
men sumpti nocent, & acrius concocti strangulant, aut cholera morbum citant. Remedio est & ni-
tri potus, aut lixivium cum acida muria, aut fervefacta satyreia, aut origani jusculum: debellantur et-
iam gallinacei fimi potu ex aceto, aut ejusdem delinctu cum melle multo. Corpus alunt, sed aegre dissol-
vuntur, cum magna ex parte integri ipsi cum recrementis alvi dejiciantur.

FUNGII.



Fungi
malefici
ut digno-
scendi.

Tametsi duo tantum Fungorum genera hic videantur re-
censere Dioscorides, ad Fungos dumtaxat innocuos, &
perniciales respiciens: tamen, ut omnibus palam est, plura ac di-
versa eorum, quae in cibis expetuntur, discrimina notantur.
Horum inter omnes Italia regiones feracissima est Etruria, ubi
illi Fungi ceteros antecellunt, qui vulgò dicuntur Prignioli, si-
quidem singulis annis primis Aprilis imbribus erumpunt, ne-
que solum odorem eximium spirant, gustuque, gratissimi sunt:
sed etiam omnino innocui habentur. Secundum verò locum
apud nostros Etruscos tenent ii, qui vulgò Porcini, hoc est, su-
illi, nuncupantur: quippe qui primum elixi, ac demum farina
circumlitati, & oleo vel butyro fixi, magnam cum palato in-
eant gratiam. Verum hi non adeo tuti sunt, quod in suo gene-
re perniciosi plures, quam in aliis reperiantur. Ceterum peri-
culosi ac malefici à peritis & oculatis viris facile dignoscun-
tur, cum à terra & cortice purgantur, incidunturque, deco-
quendi. Nam cultello dissecti illi (ut Plinius inquit) dilutus
ejus advenit rubor, rancidus subinde aspectus, lividus intus co-
lor, rimosa stria pallidum per ambitum labrum: postremo ac-
cedit nigredo, & ita procius computrescunt. Quamobrem re-
cte scribit Avicenna lib. 4. sen. 6. eos nocentiores esse, qui ni-
gri vel virides, vel in nigro purpurascens visuntur. Proinde
amens quidem, & plane stupidus, & stipes fuerit is, qui tam
repentinas mutationes viderit, & non cognoverit his notis eo-
rum virus patefieri. Sed accidit plerumque, ut illos potissimum
Fungi interimant, aut saltem in magnum discrimen addu-
cant, qui eos super ferrea craticula, aut prunis calentibusque, ci-
neribus assatos devorant. Hoc enim modo decocti, cum in ta-
leolis non secentur, non tam facile cognosci possunt, ut ii qui
dissecti parantur. Ad hac non semper officiant Fungi, quod
per se letiferi sint, sed quod copiosius, quam par sit, ingeran-
tur. Quandoquidem cum lenis admodum, crassissimi, succi existant, arteriarum oscula usque, adeo obstruunt, ut conclusis
intus spiritibus suffocent. Quod cum probe norint agrestes in Etruria mulieres, rarissime Fungos mandunt, nisi allio &
pipere adjectis. Asservantur Fungi muria, praesertim qui vulgò Porcini dicuntur: namque, hoc modo parati innocentiores
redduntur amisso lentore. Praeter hac multa alia Fungorum genera apud nos inveniuntur, ut ii qui nobis vulgò appellan-
tur Pratacoli, Tuerini, Boleti, Orcelle, Cardarelle, Manine, Ordinali, Parigioli, Vescie di lupo, & complura alia quae, cum
nihil vel parum ad rem faciant, silentio involvenda duximus, ut enim varia spectantur facie, ac colore, ita hominibus ma-
ximè noti sunt fungi, plurimi tamen galeri modo formantur, palmari ac etiam minori pediculo nitentes, vario superius,
inferiusque, colore. Nascuntur quidam in pratibus, plerique, in pascuis, nonnulli in sylvis, quidam in frutetis. Ceterum Fungi non
tantum humi proveniunt, sed & in arborum caudicibus, qui omni ferè periculo vacant (dummodo non sint arbores noxia)
quod

Fungorum
alia ge-
nera.

quod è cortice profiliant, cui nec ferrum, nec tabefactus pannus, nec serpētis cadaver subesse potest. Ex hoc genere quidam, prater agaricum, laricibus innascuntur in Ananienfibus montibus viginti a librarum pondere, aureo colore, per ambitum dissecti, in cibis gratissimi, nullo amaro preediti, licet agaricus ab eadem ariditate productus sit amarissimus. Hic certe mirari subit, quod tanta hominibus inferitur gula libido, luxu & incontinentia, ut adeo incōsulco, avidoq; Fungis vescantur in quibus sapius immaturus mors delitescit. Tanta hodie intercessit gratia Fungus cum mensis in Italia ubi eorum frequentissimus est usus, ut Neapoli inventi sint lapides, qui defossi, & in cellis vinariis translati, terra aliquantulum operiti, & subinde tepida aqua inspersi, intra quatrimum Fungos non ingratos procreant. Hos & Roma & Neapoli vidimus, ubi magna servantur diligentia, nempe quorum merito quolibet tempore Fungos edant. Sunt & lucernarum Fungi, qui in ellychnio fiunt, praesertim cum aer humorem contraxerit, & ad pluviam preparatur. Fungus itaq; lucernarum, meo quidem iudicio, fuerit is carbonis globulus, qui Fungifaciem representans, in ellychnii extremitate concrevit, & flamma lucem obumbrat. Neg, enim in hoc subscribam Cornario, viro alioqui ingenio & doctrina celebri, qui in commentariis, quos in tertium Galeni librum de compositione medicamentorum secundum locos edidit, censet Fungum illum esse ellychnium lucernarum ex quodam Fungi genere factum, quod facie (ut ipse inquit) marinas amulatur spongas. Si quidem apud veteres nusquam me legisse memini, è fungis ellychnia fieri: cum tamen legerim apud Virgilium & Plinium, cum fungi generantur in lucernis, futura pluvia esse praesagium. Namq; Virgilius libro primo Georgicorum, ubi futura pluvia signa recenset, id apertissime testatur, in carminibus:

Tum cornix plena pluviam vocat improba voce:

Et sola in sicca secum spariatur arena.

Nec nocturna quidem carpentes pensa puella

Nescivere hyemem, testa cum ardente viderent

Scintillare oleum, & putres concrevere fungos.

Eorum porro generationis causam scire quidem reddidit Servius Grammaticus in commento hisce verbis: Nam (ut inquit Plinius) cum aer humidus esse coeperit, favilla, quae cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines: hac ille. Sed praeterea ipse Plinius Virgilio, & nolis quoq; adspicatur l. 18. cap. ultimo, cum ita scribit: Palladi namq; ignes, murmurantesq; tempestatum nuntii sentiuntur: pluvia etiam, si in lucernis fungi: haecenus Plinius. Ex quibus omnibus luce clarius fieri puto, hac in re Cornarium cecidisse. Fungi praeterea apud Hippocratem & Galenum lib. 3. de morbis vulgaribus, sunt excrescentia, quae quandoq; in palpebris, quandoq; in pudendis enascuntur. Quin & Fungi dicuntur à Galeno libro primo de locis affectibus, adnascencia capitis, ubi hoc fracto, meninx, quae est membrana cerebri custodiens, fuerit affecta. Nec alia sane de causa hos affectus pectus, id est fungos, vocari crediderim, quam quod fungorum imaginem referant: quemadmodum & illos in lucernis concreverunt. Fungorum vires memoria prodidit Galenus libro octavo simplicium medicamentorum, sic inquit: Fungus frigida humida, & admodum planta est: quamobrem etiam proxime ad deleteriam, enecantemve facultatem accedit: & sane inter eos sunt qui interficiant, potissimum qui ex natura mistam habent qualitatem putredinosam. Et libro secundo de alimentorum facultatibus, idem de fungis ita differit: Inter fungos Boleti, si belle in aqua elixi fuerint, prope accedunt ad cibos insipidos. Non tamen sic soli ipsis vulgo utuntur, sed adparant varie & coniungunt, ut alia omnia, quae nulla insigni qualitate sunt praedita. Alimentum autem ex ipsis est pituitosum, & frigidum videlicet praviq; est succi, si qui ipsis largius utatur. Omnium igitur fungorum ii minimi sunt noxii. Secundi autem post hos sunt Amanitae. Reliquos vero tutius est omnino ne attingere quidem: multi enim ex ipsorum usu interierunt. Equidem novi quendam, cui post Boletorum non satis elixorum (qui innocentissimi esse putantur) usum largivorem, os ventriculi pressum ac gravatum, coarctatumq; fuit, difficilemq; habuit respirationem, & in animi deliquium incidit, sudoremq; frigidum sudavit, ac demum servari egre, sumptis is quae humores crassos incidunt, potuit: cuius generis est oxymeli ipsum per se, & cum hyssopo, & origano ipsi medicenter incoctis. Is enim tum hac sumpsit, tum niri spumam ipsis insperfam post qua fungos, quos comederat, vomuit, qui jam quodammodo in succum pituitosum frigidumq; admodum ac crassum erant mutati. Minores qui Graecis, Fungi Latine appellantur: Arabibus Hatar seu Father: Italis Fonghi: Germanis Psifferling und Rensfen: Hispanis Hongos, Cogomelos & Cylherquas: Gallis Campignon, & Potyron & Moucecons.

Fungorum differentiae plurimae sunt, in universali nostra historia explicandae, hoc loco vulgarissimae & qui esculenti sunt, proponuntur, qui dicuntur Fungi, Matth. Lac. Lonic. Castor. Dod. fol. Lugd. Cæsalp. Fungi vulgarissimi esculenti, Lob. in icon. Amanitae vel Boleti, vel Fungus secundus, Trago: Fungi primi, Cordo in Diosc. Fungi boliti, Tabernæmontano.

Κολχικόν.

COLCHICUM.

CAP. LXXIX.

Colchicon, aliqui Ephemerum, sunt qui agrestem bulbum vocant. Autumni exitu florem edit croci, candidantem: & ab eo tempore folia bulbi, sed pinguiora: caulem palmo altum, ferentem rufum semen: radicem foris è nigra rufescentem, quae delibrata, candida & mollis spectatur, lacteo succo madet, atque gustatu dulcis invenitur: bulbus ejus mediam habet rimam fissuramque, qua flos erumpit: plurimum in Messenia, & Colchis enascitur. Ea comesta, fungorum more, strangulando enecat. Hanc autem depinximus, ne à quoquam imprudenter pro bulbo devoretur: mirum enim in modum saporis voluptate imperitos allicit. Remedio sunt eadem, quae fungis: bubulum etiam lac potum auxiliatur: itaque cum adfuerit, non aliud desideratur auxilium.

Εφώμερον.

EPHEMERUM.

CAP. LXXX.

Ephemerum, aliqui sylvestrem irin appellant. Folia habet lilii, sed tenuiora: caulem parem: florem candidum, amarum: semen molle: radicem unam, digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam: nascitur in sylvis & opacis. Hujus radix dentibus praecipua, si decocto colluantur. Folia in vino cocta, discutiunt tumores & tubercula, quae nihil adhuc humidi contraxerunt.

Epheme-

a Meum
candide
sub
albican-
tem.
b Meum
origano dñ.
i. p. itea
verò.
c Meum
dispositum
in me-
dio.

I. COLCHICUM.

II. COLCHICUM ALTERUM
Orientale.III. HERMODACTYLUS
verus.Colchici
& Ephem-
eri cō-
sideratio.Maurita-
norum &
sequaci-
um error

Serapio-
nis lapsus
Hermodactyli omnibus inscripto, immemor, vel potius ignarus, apud Græcos à quibus tamen quicquid ferè boni habet, mutuatus
est, eas plantas inter se mixtè differre. Quod autem in hoc deceptus Serapio has herbas turpiter confuderit, fidem mani-
festam facit Paulus Aegineta, qui lib. 7. de Ephemero, & de Hermodactylo separatim, tanquam de diversis differunt: & pri-
mum de

Ephemeri duo genera constituisse videtur Dioscorides: unum, quod Colchicum, & agrestem bulbum: alterum, quod Iridem sylvestrem cognominant. Quod primo loco describitur, usque adeo perniciosum affirmant, ut uno die sumptum interficiat: unde illi Ephemeris nomen. Ea autem ratione illud se depinxisse tradit Dioscorides, ne ab aliquo imprudenter bulbi vice devoretur: mirum enim, inquit, quantum saporis voluptate imperitos allici-
at. Verum cum hoc divinum Dioscoridis institutum non animadvertent, vel sortè neglexerint Mauritanii, & eos secuti medici superioribus nostra ætate, non modò seipsos, & sequaces misere deceperunt, sed & ceteris omnibus errandi ansam facile præbuerunt. Siquidem Colchicum ephemerum deleterium medicamentum, si ejus nota diligentissime expendantur, nil aliud, meo quidem iudicio, representare deprehenditur, quam candidum illum bulbum, quem vulgò officina Mauritanos secuta falsò Hermodactylum appellant. Sed quantum detestandum sit error is, & abolenda prava ac perniciosa hæc consuetudo, quantumve discriminis, & incommodi nostris corporibus hinc imminet, æstimabunt qui rectè diligenterq; ea perpenderit, quæ non solum Dioscorides & Galenus, sed & Paulus & Nicander, & Plinius de Colchico Ephemero posteritati memoria prodiderunt: quippe qui affirmaverint, id devoratum eadem die homines interimere. Quem effectum etsi hæc tempestate ab hoc manifestè præstari non constet experimento in his, qui ipsum in medicamentis assumunt, id tamen non alia de causa fieri putaverim, quàm quod fortasse in Italia, ut in Colchide, mortiferum non proveniat: aut quod ea, quæ sumitur quantitas, exigua sit, neq; ad perdendum sufficiens. Sed non propterea dubitandum est, quin hoc sumentibus gravia & periculosa incommoda inferre valeat. Erroris occasionem dedisse videtur Serapio, ut pote qui confusè uno tantum capite de utroq; Ephemero, & de Hermodactylo scripserit, nomine duntaxat Hermoda-
mum de

nam de Hermodactylo, sic inquit: Hermodactyli radix & per se, & ipsius decoctum vim habet purgandi: privatim ar-
 thriticis tunc, cum humores defluunt, exhibetur: verum stomacho nimis quam adversatur. Mox paulo inferius, sex tantum
 interjectis capitibus, de Ephemeris ita scribit: Ephemerum non venenum illud, sed quod Iris sylvatica nominatur, mista po-
 testatis est, & repellentis & discutientis per halitum: haec enim Paulus. Ex quibus sane palam fit, non modò Hermo-
 dactylum cum Colchico nullam habere cognationem, sed etiam hac in re planè hallucinatum fuisse Serapionem, quem secuti
 ceteri Mauritanii, qui post ipsum libros conscripserunt, atq; etiam ex nostris pleriq; qui superiore aetate clauerunt, ut caci-
 cacos sequentes omnes in hanc erroris foveam inciderunt, & posteros hucusq; in hunc pessimum & detestandum usum per-
 traxerunt. Jam itaq; resipiscant tum medici, tum seplarii, qui Colchicum suis medicamentis & cataportis inserunt, &
 ipsum jam non secus ac scapulum evitent, ut pote quod, omnium probatissimorum auctorum testimonio, mortiferum sit
 10 medicamentum. Colchicum alterum orientale, minoribus exit foliis, angustioribus & magis acuminatis, caule rotundo, Hermo-
 flore grandiori, radice bulbosa evidenter scissa, & lacteo succo praegante. * Quae autem radix nobis hodie Hermodactylus da-
 dici possit, difficile quidem fuerit decernere, quòd ex probatis rei herbariae scriptoribus haecenus nomen in venerim, qui cōjectu-
 ra.
 notis nullis ejus radicem suam conicere licet, nil aliud significare videtur, quam
 digitum Hermi aut Hermetis. Unde factum est ut aliquando cogitaverim, an illa bulbacea radix, quae manus humana
 formam refert, quamq; vulgò Christi palinam appellant, ad Hermodactylum accedere posset, quòd bulbacea sit, quemad-
 modum & Colchicum, quodq; sumpta non modò vomitiones, sed & alvum cieat, ut testis est Nicolaus Florentinus, qui hac
 radice pluribus factis vomitionibus, Biliotum quendam quartanarium curavit. Hac in medium profere libuit, non quòd
 ita esse certò asserere auserim, sed ut rei herbariae studiosiores hac melius estimanda proponeretur. * Quae autem radix nobis
 hodie Hermodactylus dici possit, et si in commentariis nostris antea editis, decernere nequivimus, nunc tamen veram Her-
 20 modactyli plantam, cujus hic imaginem expressimus, & vidimus, & consequari sumus, eximia admodum liberalitate cla-
 rissimi viri Augerii de Busbeke Flandri, qui illam Constantinopoli secum attulit, ubi continuo septennio apud Solimanum
 Turcarum Imperatorem, Ferdinandi Caesaris Oratorem egit. Illi itaq; hanc plantam acceptam refero, quemadmodum &
 alias peregrinas complures, raras, novas, pretiosas, & visu pulcherrimas, quae quinquagenarium numerum excoerunt.
 Quod autem credam hanc stirpem legitimam esse Hermodactylum, duopotissimum mihi se offerunt argumenta: quòd in-
 telligam Constantinopoli eandem Hermodactylum appellari, quodq; radices digiti speciem referant, in quibus unguis
 quoq; imago spectari potest. Folia profert praelonga, binum doctantum longitudine, & sortasse longiora, porri aut hastula
 regia quadaatenus similia, sed longè angustiora. Breviora verò sunt, quae circa radicem diffunduntur. Radices habet qua-
 tuor ex una & eadem basi emergentes, digitorum (ut diximus) figura, colore ex pallido rufescente, albis in summitate un-
 guibus, nullis circa se fibris. Nam quae spectantur fibrae, circa radicem praescriptarum originem superiori parte capillae
 sese fundunt. Caulis e medio profilit tenuis, herbacea tunica circumvestitus, in cuius summitate oblongum prominet capi-
 30 tulum (flore videre non licuit) pyri figura, Ephemeris Colchici fere modo, minus tamen. Quo factum esse puto ut Colchi-
 cum in Hermodactyli locum successerit impostorum doli. Oritur in Orientalibus regionibus, & in Arabia. Differt ab hac
 quam quidam in Italia Hermodactylum esse censent, quamq; nos Pseudohermodactylum appellamus. Folia habet aqua-
 tica plantaginis, minora tamen infirmioraq; longo pediculo nitentia: caulem tenue, singularem, in cuius summo flos

IV. PSEUDOTHERMODACTYLUS.

* V. DENS CANIS PRI-
mus. *Hermodactyli
veri de-
script.Pseudo-
hermo-
dactylus.

emicat albus, stella figura. Radices habet binas, bulbosas, candidas, teneras. Provenit in frutetis, & propter semitas & sepes sunt, qui radices probent ad ea omnia, ad qua legitimus Hermodactylus conferre potest. Nos vero horum sententiam nec probamus, nec improbamus cum nullam certam de eo habeamus experientiam. Nec illud sanè hoc loco praeferendum duxi, quod Hermodactyli Actuarius & Nicolaus Myresico, qui albi & rubri Hermodactyli meminere, nil aliud representant, quam Beben album, & rubeum Mauritani appellatum. Siquidem ex descriptione aureae Alexandrinae apud Nicolaum & Dioscoridi antidoti apud Actuarium id liquido constat. Sed non ob id dicendum est, Hermodactylum Pauli & Serapionis idem cum illis esse: his namque alterius generis radix est, quae vim habet dejectoriam ad articularum defluxiones praecipuam. Fuchsius in libro de compositione medicamentorum, quem non pridem locupletatum edidit, Hermodactylum Pauli describens, inquit: Unus habet radicem albam, crassam ac modicè duram: atque is est, qui in hodiernum diem nomen Hermodactyli in officinis medicorum retinet. A Paulo quoque Hermodactylus appellatur. Ex iis nimirum verbis Fuchsius sibi persuasisse videtur, Hermodactylum communis usus eundem esse cum Pauli Hermodactylo: cum tamen omnibus, serè conflet, illum non aliud esse quam Colchicum. Quocirca nulli equidem dubium esse puto, quin Fuchsius hac in re deceptus sit: nisi seplasia Tubingenses pro Hermodactylo aliam usurpent radicem ab ea, quam hactenus in reliquis Germaniae pharmacopoliis usurpari vidimus. Ceterum Ephemerum, quod sylvestrem Irin appellant, in Ananiensibus montibus tam in pra-

* VI. HERMODACTYLI
Officinarum radices. *

VII. EPHEMERUM.



ris, quam in sylvis copiose nascitur, ubi indigenis vocatur vulgò Giglio matto, hoc est, Lilium stultum. Huic certè nisi me fallit iudicium, omnes prorsus nota conveniunt, quae alteri Ephemerum à Dioscoride tribuuntur. Hinc itaque, sit in hoc Euchsio aperte errasse deprehendatur, qui plantam vulgò Lilium convallium vocatam, Ephemerum alterum, & non lethale ratū liliū esse contendit. Quandoquidem illud folia lilio latiora, non autem angustiora, & dissimilia profert: caulem non liliū modo, sed gracilem, & staminis instar tenuem: radicem item exilem, quae capillaribus dividitur fibris, tantum abest, ut digiti crassitudinem aequet, qualis in Ephemerum requiritur. Praeterea neminem adhuc reperi, qui tradat Ephemerum flores ferre suaviter olentes: cum tamen Liliū convallii dicti flores adeò jucundum spirent odorem, ut ejus gratia ab omnibus maxime expectantur: id quod nunquam silentio praeiisset Dioscorides in re herbaria gravissimus auctor, praesertim quod ea nota fuisset Ephemerum insignis & notabilis. Ex his igitur colligendum esse putaverim, non solum Fuchsiū in aperto errore versari, sed reliquos etiam qui Lilium convallium vocatum Ephemerum esse contendunt. Sed ad Colchicum revertamur. Floret hoc autumnī tempore, floribus croco amulis, nullus tamen emissus foliis, nisi appetente vere, quo tempore subrubeum gignit semen, quibusdam folliculis inclusum, juglandium similitudine. Verum hoc tempore radix ei dulcis non est, quemadmodum in autumnō, sed lacte praeagnans, & amara invenitur. Quare hic cogimur dicere & fateri, quod hoc non observaverit Dioscorides, vel saltem, quod indictum id omiserit. Plantam, quam hic excudi curavimus, quamque Colchicum Constantinopolitanum vocavimus, misit ad me vir clarissimus Augerius de Busbeke, qui eam Bizantio secum detulit Viennam: libuit itaque hanc appellari Colchicum, quod bulbosam radicem habeat manifestè scissura divisam: folia vulgaris Colchici, & flores etiam serè similes. Porro in communem illam hallucinationem ante explosam deducti sunt & Patres illi reverendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt: quippe qui nullam faciant differentiam inter Colchicum & Hermodactylum, idque aperte asserunt. Quorum etiam auctoritate freti faciunt, pharmacopola adduci possunt, ut cum maximo humanae vitae detrimento Colchicum catapotis immisceant. Quare caveant

caveant meo consilio seplasiarii, neq. facile fidant iis, quos magis decet libros sacros, quam medicos evolvere, ut animabus potius, quam corporibus mederi sciant. Caterum Colchici floribus, ut audio, utuntur Turci, cum inebriari volunt: eos enim vino macerant, eoque, poro adeo stupidi redduntur, ut in ecstasi abeant. Utriusq. Ephemerum meminit Galenus libr. 6. simp. Ephemerum med. sic inquit: Ephemerum non illud lethale seu deleterium, quod & Colchicon vocant, sed alterum, quod & Irin ex Gal. agrestem cognominant, folia, & caulem lilio similem obtinet: radicem oblongam, non rotundam, ceu Colchicum, digitis porisimum crassitudine: est autem adstringens, & boni odoris. Ex quibus palam fit, quod mixta sit facultatis, temperaturaq. nempe repellentis, & balitu digerentis. Testificatur vero id opera, quae particulatim edit. Siquidem non inefficaciter radix ejus in dentium doloribus colluitur: & folia tuberculorum tum augmento, tum vigori congruunt. Oportet autem ea in vino decocta, priusquam pus moveas, illinere. Planta, quae Graecis *ἑρμόδακτυλος*, Latini Colchicum sive Ephemerum, 10 & Bulbus agrestis vocatur: Officinis falso Hermodactylus: Arabibus Surugen: Italis Colchico & Zaffarano salvatico: Nomina Germanis Zeitloß und Wildsaffranblum: Gallis Mort au chin, chien & chiennee. Quam vero Graeci *ἑρμόδακτυλος*, Latini item Ephemerum dicunt, & aliqui sylvestrem Irin appellant: Itali Ephemero, Giglio malto: Galli Flambe blanche sauvage. At quae recentioribus Graecis *ἑρμόδακτυλος*, Latini quoq. Hermodactylus appellatur: Itali Hermodactilo: Mauritanis, Surugen vel Surengiam, ita tamen ut hanc cum colchico aperte confundant.

Colchicum à loco natali dictum, plurimum est specierum, ut suo ostenderetur loco. I. Colchicum commune, C. B. Colchicum Matth. Trag. Fuchf. Turn. Dod. gal. & fol. Lac. Gesl. hort. (cui & Hermodactylus Arabum) Cordo in Diosc. (cui & officinarum Hermodactylus) Lon. Castor. Thal. Colchicum sive Strangulatorium & Ephemerum Crocifolium, Lob. Colchicum masculinum & foeminum, Tab. Colchicum nigrum, Cord. in hist. Primula veris, Brunfel. Ephemerum, Gesl. hort. Cast. quoad iconem. Hermodactylus vulgò seu Hermodactylus rotundus niger Mesuei, Cæsalpino. Flore est purpureo, rarius albo, radix siccata alteri nigra, alteri inalbicans, alteri candidissima, alteri subrubens: Sic ei quod flore albo est radix siccata alteri inalbicat, alteri candidissima videtur, nulla alia differentia obveniente. II. Colchicum Alexandrinum, C. B. Colchicum alterum Orientale, Matth. Lugd. Colchicum Syriacum Alexandrinum, Lob. Colchicum Syriacum Alexandrinum Orientale, Tabernæmontano. III. Iris radice ex multis tuberculis composita, C. B. Hermodactylus verus, Matth. Lugd. Taber. Hermodactylus, Matth. in Compen. Camer. Iris tuberosa, Dod. fol. Lugd. Lob. cui & Lonchitis prima Dioscoridis secundum Aldroandum. Lonchitis major, Cast. Satyrium, Cæsalpino. IV. Pseudohermodactylus, Matth. hunc imitati sunt Lugdunensis & Tabernæmontanus: at videntur nil aliud exprimere, quam Dentem caninum, cuius figuram adposuimus: etsi enim binæ jungantur radices, haftenus tamen singulas in singulis plantis notavimus. Dens caninus primus, C. B. Hermodactylus Mesuei, Gesl. hort. Satyrium erythronium, Lob. Tab. Satyrium rubrum, Lugd. Satyrium trifolium sive album, eidem. Satyrium, Dalechampii, eidem. Dens Caninus, Dod. fol. Cæsal. (cui & Michridation primum Cratevæ apud Plinium) Cam. Dentale primum, Clusio hist. Pannonica. Variat colore floris candido, purpurascens, aut utroq. colore mixto: folia aliquando maculata, communiter bina, nonnunquam terna: Italicus speciosiora habet folia quam Sabaudicus. VI. Hermodactyli officinarum radices, C. B. Hermodactyli non venenati officinarum, Lob. in icon. Hermodactylus officinarum, Taber. Hermodactylus orientalis, Cæsalpino. Hæ radices albæ, ruffæ & nigrae reperiuntur, sed eligendæ, quæ foris & intus veræ albæ sint, crassæ modiceq. duræ: de quibus Mesues Hermodactyli candidi, crassi & pleni nomine: at Serapio sub Hermodactylo albo, & Paulus Aegineta sub Hermodactylo, explicant, VII. Ephemerum, Matthioli. Lacun. Taber. Ephemerum non lethale, Lugdunensi: Lobelus plantam quandam proponit Ephemerum Matthioli nomine, minime Matthioli figuræ convenientem: utramq. necdum vidimus.

HELXINE.

ENGL. HELXINE. CAP. LXXXI.

Helxine nascitur in parietinis, sepibus & maceris: folia ei mercurialis insunt, hirsuta: cauliculi subrubentes, & circa eos veluti semina aspera, adhaerentia vestibus. Folia refrigerandi, spissandiq. naturam habent: qua ex causa sanant illitu sacros ignes, adusta, condylomata, panos incipientes, tumores, inflammationesq. Succus ejus cum cerussa, ignibus sacris & ulceribus quæ serpunt, commodè illinitur: imponiturque podagris cum hircino adipe, aut cerato cyprino: veterem tussim emendat, instar cyathi haustus: tonsillis inflammationem sentientibus utiliter & gargarizatur, & oblinitur: aurium dolorem cum rosaceo, instillatus levat.

Helxinen, quæ hic à Dioscoride describitur, officinarum Helxines vulgus Parietariam appellat, quod in edificiorum parietibus, sepibus & maceris, arido solo nascitur. Alii, quod detergendis vitreis poculis sit aptissima, Vitreolam nominant. Unum 2 Hæc

